Ueus modus pillurarum conferentium ſode a flegmate ⁊ melia. ℞. mirabolanorum kebulorum indorum belericorum ſalis indi ana ʒ.iii. turbit epithimi ana. ℥.i.ſ. elebori nigri pulpe coloquitide ana. ʒ.iiij. yerepi. ʒ.x. agarici. ʒ.vj. ſticados. ʒ.iiij. abſinthii. ʒ.ij. doſis earum eſt a. ʒ.i. vſque ad. ij. ⁊ ſunt ſublimes ¶ Confectio pillularum ſtomaticarum ſolutiōe educentium flegma ⁊ vtranque coleram ⁊ confert ſode ſtomatice facte ab eis quarum permixtio eſt hec. ℞. yerepi. turbit ana. ʒ.xii. mirabola. citri. kebulorum indodum ana. ʒ.v. agarici. ʒ.iiii. ſalis gēme ſticados ameos ana. ʒ.ii. epithimi. ʒ.iii. ſcamonee. ʒ.ii.ſ. fac pillulas cū ſuco ſcariole da a. ʒ.i.ſ. vſque ad. ii.ſ.

¶ Andromacus. yera cōferens egritudini capitis a flegmate ⁊ melia ⁊ confert iuuamentum manifeſtum apopleſie ⁊ eplie ⁊ paraleſi ⁊ torture ⁊ molificationi ⁊ initio aque cuius permixtio. ℞. aloes ſuci abſinthii ana. ℥.i. yerepigre. ℥.ſ. turbit. ʒ.viii. colloquintide interioris. ʒ.iiii. ſquille aſſate. ʒ.iii. agarici ſticados polipodii epithimi ana. ℥.ſ. elebori nigri piretri pipe zinziberis ſquinā ti camedreos ana. ʒ.iii.ſ. piperis albi ⁊ longi cardamomi macre. nigelle ariſtologie caſtorei ana. ʒ.iii. euforbii ʒ.ii.ſ. croci petroſilini cinamomi ſpice poli ana. ʒ.ii. abſinthii. ʒ.iiii. albaruȝ peni diarum. ℥.iii. mellis. diſpumati quantum ſufficit doſis eius eſt a. ʒ.iii. vſque ad. v. cum aqua caſei.

¶ De ſoda ex percuſſione.

Filius ſeraptionis. ſi ſupra percuſſionem in capite nullum preterit tempus adminiſtramus in principio que repellant: ⁊ non permittāt materiam reumatizantem ad locum recipi ⁊ figi in ipſo ſicut recte adminiſtrantur frigida ſtiptica cum aquis ⁊ expreſſionibus frigidis ſicut eſt ramic proprie cuȝ aqua frigida multe frigiditatis ⁊ comprime vehementer ſuper locum: ⁊ ex eis ſunt roſe ⁊ ſandali ⁊ faufel. ⁊ ſief memite ⁊ acacia ⁊ bolus armenus ⁊ chimolea ⁊ lens non excorticata ⁊ licium ſingulariter ⁊ coniunctim quando miſcentur cum aqua ſolatri aut uirge paſtoris. aut plantaginis aut coriandri humidi. aut cum omnibus. aut cum aqua roſata ⁊ infrigidentur in niuem. aut cuȝ expreſſione portulace. ¶ Si autem poſt percuſſionem preterijt tempꝰ ⁊ materia iam reumatizatur ⁊ colecta. eſt midicamen reſolutiuum apponendum eſt ſicut ex camoilla melliloto fenigreco radice altee ⁊ ſimilibus. ſi autem non reſoluitur curatur ſicut dicemus in tractatu apatum. aut vero ⁊ ſi reumatizaunt materia ad huc reumatizat ⁊ partiȝ colecta eſt ⁊ partim colligenda vtraqȝ cura indiget. ſ. ⁊ que repellat reumatizandum ⁊ que reſoluat collectuȝ ⁊ reumatizatum. Sint ſatis hec de curis ſode que diximus ⁊ ſufficer poſſūt eis quos deꝰ excelētiſſimꝰ ſanar voluerit

¶ De emigranea.

Migranea egritudo eſt de genere vehementium dolorum propterea quādoqȝ indiget curatione. quando blandimento ⁊ cura eius indiget obſeruatione regiminū ſicut i ſoda diximus. Qua pp oportet vt capl'a illiꝰ cāonis hic ēt afferant in cal'a. ſ. ⁊ frigida. ¶ Cura autem blandiens eſt cura non vera ⁊ eſt ſtupefacere apud vehementem dolorem ipſius ⁊ pulſationeȝ ¶ Nos auteȝ ſanitatis largitorem poſcimus in primis vt de ſui largitate ipſam egenti ⁊ ſperanti ānuat. qui ſit bńdictus. Afferamus autem ad locum hunc ex medicinis ibi memoratis quas poſuimus habere comitateȝ iuuaminuȝ in omnibus egritudinibus capitis. ⁊ ponimꝰ ex medicinis hic quaſdam quas quidem proprietas emigranee eſſe dixerunt.

¶ De emigranea calida.

Et ſi peccatum. eſt ex parte ſanguinis flobotomia conferre diximus. ¶ Si vero ex parte colere euacuabimus eaȝ poſt quam digeſſerimus vtranqȝ partē eius. ⁊ hoc cuȝ auxilio medicinarū quaꝝ pprietas eſt hec facere. ⁊ ex eis eſt aq̄ fructuū ⁊ infuſio mirabolanorum ⁊ infuſio aloes in aqua ēdiuie quā diximus ⁊ alia quoꝝ rememoratio preceſſit ⁊ danda eſt iera cum ſcamonea. ¶ Alexander. Confectio troſriſcoꝝ quibus fit linimentum ad emigraneam colericam vehementem ⁊ pulſatiuam. ℞. aluminis. ʒ.xvi. croci. ʒ.xij. colcar. ʒ.x. mirre. ʒ.iii. onfacii. ʒ.ii. calcadis. ʒ.ii. gummi arabici. ʒ.iii. fac trociſcos cum vino forti aut aceto. Et cuȝ neceſſe fuerit ſoluatur vnus cum aceto permixto ⁊ liniatur ſuper locum doloris ⁊ ſtringatur ſuper ipſum cum lignamie vt ſedetur pulſatio ⁊ quandoqȝ apud neceſſitatem ponitur aliquantulum opij.

¶ Democritus. Linimentum bonum ad emigraneam calidam. ℞. ex fece atramenti ſicca ⁊ diſſolue eam cōterendo cum aceto multe fortitudinis cum octaua parte ipſius opij egipciaci ⁊ laboretur multum in contrictione ipſius ſicut per diem. i. ⁊ liniatur ex eo ſuper timpora ⁊ ſtringatur ſuper ipſum. eſt enim expertum.

¶ Archigenes. linimentum ad emigraneam cal'aȝ pulſatiuam expertum ⁊ ad ſodā vehementeȝ. ℞. ſucci agreſte mirre ana partem. i. fecis encauſtri ſcriptoruȝ partes ij. aluis iameni croci ana partem. i. ⁊ quartam. confice terendo cum aceto vini contrictione multa ⁊ liniatur ex eo ſuper timpora ⁊ ſtringatur ſuper ipſum.

¶ Filius zacharie ſi ſtomacus eſt cauſa huius dāda eſt poſt mundificationem infuſio coriandri ⁊ pſilij cum zucharo in matutinis ⁊ aſſiduetur iſtud quod confert ſi deus voluerit.

¶ Idem. caputpurgium fiat ex lacte mulieris cum modico camphore. ⁊ ſi neceſſitas vocat adde tantumdem opij quantum eſt camphora ⁊ diſtila ex eis in aurem ⁊ narem que ſequitur morbum. deinde diſtilla oleuȝ violatum poſt horam cum lacte mulieris.

¶ Ex embrocis ⁊ aliis ſuper hec elligenda ſunt ⁊ afferenda ad iſtum locum ea que congruant ⁊ quarum proprie preceſſit rememoratio.

¶ De emigranea frigida.

T ad hunc locum afferant ex illis aliqua que
diximus in ſoda frigida ſi deus voluerit.

¶ Hermes. linimentum ad emigraneam fri
gidam cronicam. ℞. ſucci rute agreſtis ſucci affodili
ana. ℥. iij. caſtorei euforbij piretri ana. ʒ. vi. piperis. ſina
pis ſtafiſagrie calamenti zinziberis ana. ʒ. iij. croci. ʒ. ij.
fiant ex eis trociſci. ⁊ cum neceſſitas vrget ex eis diſſol
uatur vnus in aceto multe fortitudinis. ⁊ liniatur ſuper
locum ⁊ ſtringatur cum pila. eſt enim efficax ⁊ eo vten
dum eſt quando iam omnia non contulerint. quoniam
eſt forte. et quandoque cum libra. i. olei et vini libras. 5.
⁊ cere. ℥. iii. buliant omnia uſq; ad vini conſumptionē
deinde collantur ⁊ fit ex eis vnguentum mirabile.

¶ Democritus medicamen magnum conferens. emi
granee difficili ⁊ cronice que difficulter ſeperatur ⁊ non
eſt q̄ conferat ſicut illud. ℞. ex emplaſtro ſinapiſmo cir
cit. ℥. ii. ⁊ conmiſce cum eo ſquille. ℥. 5. coſti radicuȝ cap
paris euforbij ana. ʒ. iij. omnia trita cum aceto aut vino
odorifero quantum ſufficit aggregabis ⁊ emplaſtra ſup
locum quoniam eſt vltimum.

¶ Ipocrates granorum lauri partem. i. olibani parteȝ.
5. miſce omnia cum aqua poſt ipſorum triturationem ⁊
linies ſuper locum. ¶ Oribaſius granorum lauri folio
rum rute ana. partem. i. ſinapis partem. 5. aggregentur
cum aqua ⁊ adminiſtrentur.

¶ Alexander. ſi eſt emigranea a coitate ſtomaci vomi
tus prouocandus eſt cum oximelle ⁊ pipere aut oximel
le ⁊ porris. aut oximelle ⁊ rafano nutrito cum elebo
ro nigro. deinde poſt vomitum detur diacitoniteȝ. aut
cicona cum pipere ⁊ zinzibere propinato. tamen ante
vomitum per triduum apozimate apii ⁊ iſopi ⁊ dauci ⁊
⁊ ſimilium cum oximelle.

¶ Idem caputpurgium quo frequenter vſus ſuȝ ad e
migraneam difficileȝ ex humore frigido. ℞. euforbii ca
ſtorei ana partes equales fiant ex eis ſief ⁊ apud neceſſi
tatem fricentur cum vno eorum ſuper cotem cum aqua
calida aut oleo coſtino. aut nardino ⁊ diſtiletur ex eo in
narem ⁊ aurem que ex parte doloris eſt. deinde balnee
tur ⁊ conſeq̄nt adhuc ex medicamine diſtilletur ⁊ hoc
viciſſim. cito enim emigranea ſoluetur ſi deus voluerit.

¶ Alexander. linimentum quo nullum maius ad diu
turnam ⁊ difficilem emigraneaȝ inuenitur. ℞. euforbii
vitrioli ana. ʒ. iiij. mirre pure torciſcoruȝ croci magnetis
croci piperis albi. ana. ʒ. iii. tere omnia ⁊ confice cum ace
to ſic conterrendo contrictione multa vſq; dum fiat ſicut
mel ⁊ linies ex eo totum tempus ⁊ dimitte uſque dum
deſiccetur. ⁊ iteruȝ ſecundo ⁊ tertio inunge. deinde laue
tur ⁊ ſingulis diebus ſine intermiſſione fiat uſq; dum
appareat ſanitas ſi deus voluerit.

¶ Aliud eiuſdem. olei de ſabina libra. i. cere. ℥. iii. eu
forbii. ℥. i. fiat ex eis vngunetum ⁊ ex eo mediam parteȝ
capitis inunge ⁊ frontis antequam lauetur in balneo.
deinde lauetur ⁊ fiat hoc ſingulis diebus quia ſanabit ſi
deus voluerit. ¶ Galienus. non eſt narcoticoruȝ vſus
in vehementia adminiſtrationis ad egritudines capitis
pp̄ paſſibilitatē cerebri ſȝ i vehemētia neceſſitatis q̄n do
lor ⁊ amētē redit. aut ad ſincopi pducit. Cōuertim⁹ re
gimen ad adminiſtrandum ea cū timore ⁊ cautella poſt
fricationeȝ tamen excelentie eorum ⁊ melius eſt admini
ſtrari i emplſis quam i potionibus. deinde in caputpur
giis ⁊ tu ellige que volueris ex eis que diximus.

¶ De ſcotomia ⁊ vertigine.

Cura hui⁹ egritudinis eſt quinque res prima
abſcindit materiam. ¶ Secunda conuertit re
gimen ad membrū mandans ſi eſt aliquod mā
dans ⁊ retificat illud. ¶ Tertia cōuertit regimen in ad
miniſtratione cibi ⁊ potus ducentium ad equalitatem.
¶ Quarta conſortat cerebrum ⁊ caput totum ut nō re
cipiat quod mandatur.
¶ Quinta conuertit vapores ⁊ fumos ad oppoſituȝ ⁊
diuerſum ⁊ illud fit cum fricationibus extremitatum ⁊
conſtrictione doloroſa ⁊ ventoſatione in eis ⁊ ſpatulis
⁊ omni quod atrahit ad diuerſum ⁊ cuȝ cliſteriis ⁊ ſup
poſitoriis ⁊ ſimili quis.

¶ De ſcotomia ⁊ vtigine a materia calida ſanguinea.

I ſanguis quidem in cauſa fuerit ex habondan
tia eius in toto corpore primo de baſilica minui
mus. aut de uena media. Et poſtea ſi neceſſitas
vrget ceſalicam minuimus. hoc enim eſt preceptū ypo
cratis. et ſi adhuc pſeuerauerit egritudo flobotomabis
venam non pulſatilem que eſt poſt aurem ex vna parte
vel ambabus ſi neceſſe fuerit ſcarificatio etiam cartilagi
num aurium eſt multum conferens. ⁊ competit eti hac
ſpecie vētoſatio crurium. ¶ Si autem ſanguis habundā
tia in capite ſolo apparuerit de ceſalica minuimus ſola
⁊ venis que ſunt poſt aurem. ſcarifica⁰ etiam auris vtiſ
⁊ eſt appoſitio ſanguiſugarum in naribus. et appoſi
tio ventoſarum in nuca et ſpatulis et collo. et quidem
omni ſpeciei eius confert emoroidarum prouoca⁰ ⁊ in
mulieribus meſtruorum. ¶ Et ſint cibi eorum ſangui
nis feruorem extiguentes et congelati et acetoſi.

¶ Et confert eis adminiſtratio pſilij cōquaſſati cum aq̄
et zucharo in matutinis omni die. aut infuſio coriandri
⁊ confert olim ro. et acetum conquaſſata et infrigidata
in niue et effuſa ſuper caput et olfatus eorum et roſa
rum et ſandolorum et faufel et omne regimē extictiuū.

¶ De ſcotomia ⁊ vertigine colerica.

Curatur cum medicinis quas in ſoda calida di
ximus et cum decoctione mirabolanorum ⁊ in
fuſione aloes et alijs. et cum regimine ciborum
extinguentium et cum vomitu et cum ſirupo acetoſo. ſi
eſt a ſtomaci comunitate et cum cliſteribus et colirijs ⁊
confert eis yeralogodion.

¶ De flegmatica ſcotomia ⁊ vertigine.

Curatur ſicut ſoda flegmatica cū pillis cochijs
et infuſionibus de yera et alijs et ſi eſt a ſto
maco cum vomitu cum oximelle et pipere. aut
cum rafano. aut cum ſinapi et cum cliſteribus. et talibus
et confert ei yeralogodion iuuamentum manifeſtum
⁊ ȳera archigenis ⁊ theodoricon ⁊ yera galieni.

¶ Alberruabam. confectio de ſticados cuius iuuamen
tum eſt ſublime ad vertiginem cuius materia eſt flegma
et colera cuius permixtio eſt hec. ℞. yerepigre. ʒ. x. aga
rici epithimi ana. ʒ. iiij. mirabolanorum kebulorum in
dorum emblicorum belericorum ſticados ana. ʒ. iij. ſalis
indi. ʒ. ij. confice cum ſecaniabin et ſit doſis a. ʒ. ii. vſque
ad. iii. cum aqua calida in ieiunio.

¶ De vertigine melincolica aut flematica ventoſa.

Ertigo autem melincolica aut flegmatica curatur ſicut ſoda facta ab illis ⁊ vertigines que ſũt a permixtionibus ſimiliter. ⁊ vertigo que fit a vapore fetido curatio eſt cuꝫ adminiſtratione redolentium calidorum. aut frigidorum ſicut neceſſitas inuitat.

¶ De vigilia ⁊ ſahara.

Ja materia eſt curetur qualiſcunque ſit. ſicut i ſpeciebus ſode diximus ⁊ cum emplaſtris ⁊ linimentis ⁊ embrocis ⁊ caputpurgijs ⁊ alijs.

¶ Diaſcorides. terantur ſeminum papauere. ℥. ij. aut ex corticibus ⁊ ſeminibus. ℥. i. ⁊ infundantur ſuper ipſum aque fontium libras. ſ. deinde poſt horas ſex. aut. viij. mulgatur ex eis aqua ⁊ propinetur in ſero cum zucharo ⁊ facit ſomnum ſoporis bonuꝫ ⁊ quandoqꝫ ſemẽ papaueris ⁊ cortex ponuntur in ſorbitionibus ⁊ ꝯferũt.

¶ Mali ſuffumigium expertum ad ſomnum inducendum. ℞. corticum papaueris recentiuꝫ anni ſui. ʒ. xx. tortellarum de ſeni. ʒ. viij. ſeminis aneti aniſi ana. ʒ. vi. maſticis. ʒ. iij. puluerizentur ⁊ cribellentur per pannum de ſeta cruda ⁊ miſceantur cum eis penidiarum quantum eſt totum ⁊ ſit doſis eius pueris a. ʒ. i. uſque ad. ij. iuuenibus vero a. ʒ. v. uſqꝫ ad. viij. eſt enim mirabile.

¶ Andromacus. ſuffumigiuꝫ ſedans vigilias ⁊ in ſomnietatem ⁊ ẽ expertum. ℞. corticum papaueris recentiũ anni ſui. ʒ. v. ſeminis lactuce aneti granorum ſolatri añ. ʒ. ij. opij karat. i. terre omnia ſicut alcohol. ⁊ da ex eo a. ʒ. ij. uſque ad. v.

¶ Mahemet. confectio trociſcorum expertorum ad ſahara cum febre ⁊ acuitate ⁊ ſedat alienationem ⁊ febrẽ ⁊ aufert ſitim vehementem. ℞. ſeminis lactuce portulace papaueris ſeminis cucurbite citruli excorticati. ana. ʒ. v. ſucci liquiritie amili dragaganti opij. ana. ʒ. i. ſ. terrãtur omnia ſicut alcohol ⁊ fac trociſcos cum mucilagine pſilij ⁊ ſit doſis eius a. ʒ. ii. uſque ad. iiij. cum aqua frigida ⁊ quando neceſſitas eſt maior da cum aqua coriandri humidi aut lactuce aut citurli aut cucurbite aut ſimiliũ.

¶ Judeus troſici ſimiliter valentes. ℞. iuſquiami lactuce ſeminis papaueris albi ana fac trociſcos cum ſucco lactuce da. ʒ. i. vel. ij. cum aqua frigida.

¶ Diaſcorides. oleum cum opio ſuppone ſomnum facit ⁊ proprie ſuppoſitum cum licinio ſed eſt timoroſum ⁊ propter hoc oportet vt preparetur vt poſſit extrahi qñ vis ana quam noceat. ⁊ ſimiliter ex papauere nigro.

¶ Democritus. embroca conferens ad ſaharam ⁊ dolorem capitis ex eadem cauſa. ℞. foliorum alzahanam ⁊ capitis papaueris ⁊ foliorum apii ⁊ mente. ⁊ ſeminis lactuce ⁊ iuſquiami ana partes equales decoq̃ in aqua uſqꝫ ad conſumptionem tertie partis ipſius ⁊ ex ea fundatur ſuper caput ⁊ embrocet̃ cum ea deinde ligetur caput ⁊ cohoperiatur pannis expertum eſt ⁊ ſi ex eiſdem fiat emplaſtrum confert mirabiliter.

¶ Yſaac. embroca curans iſomnietatẽ ⁊ ſaharaꝫ a cã frigida. ℞. floꝝ camomille melliloti aneti corticum papaueris ſeminis malue corticum radicum mandragore ſanſucci ana fac ſicut diximus ⁊ embrocetur ex eo.

¶ Si a caliditate ⁊ acuitate fuerit in ſomnietas embrocetur caput cum aqua vbi papauer ſemen lactuce viole roſe nenufar folia ſalicum ordeum excorticatuꝫ iuſquiami ſemen ⁊ portulace cocte fuerint.

¶ Emplaſtrũ conferens ſahare. folia portulace lactuce raſura cucurbite lenticula aque ſemperuiua aggregent̃ cum mucilagine pſilii ⁊ oleo de mandragora ⁊ in frigidatum capiti ſupponatur curat enim ſi deus voluerit.

¶ Filius ſerapionis. linimentum conferẽs ſahare. ℞. croci. ʒ. vii. opij. ʒ. ſ. caſſie. ʒ. v. diſſoluatur in oleo mandragore vel roſarum ⁊ fiat linimentuꝫ ex eis quia ſanat ſi deus voluerit. ¶ Aliud noſtruꝫ. ℞. ſucci lactuce portulace ſemperuiue herbe iuſquiami ſolatri. ana. partes. ij farine fabaruꝫ ⁊ ordei ana. partem. ſ. opij. circiter ſextam partis vnius. olei mandragorati ⁊ roſati ana partes ii. mucilaginis pſilij partes. iij. coquantur omnia ſimul uſqꝫ dum fiat ſicut pulmentuꝫ ⁊ dimittantur infrigidari ⁊ poſtquam caput embrocatum fuerit ſuperponatur expertum eſt. ¶ Filius zezar. oleum ſomniferum mirabiliter expertum. ℞. opij. ʒ. x. ſeminis lactucarum. ʒ. viii iuſquiami ⁊ mandragore ana. ʒ. v. corticum papaueris. ʒ. xij. terrantur contrictione groſſa ⁊ prohice ſuper eam aque expreſſionis mandragore aut coctionis eius libraꝫ i. aque decoctionis capitum papaueris. libram. i. olei ſiſamini libram. i. coquantur in vaſe duplici uſqꝫ ad conſumptionem ſuccorum ⁊ ex eo frontem ⁊ ſinciput vnge ⁊ ſi ex eo caput purgiũ feceris confert ⁊ ſimiliter ſi ex eo in narres inieceris eſt enim expertum.

¶ Ex caputpurgijs plura in ſoda dicta ſunt. ⁊ tamẽ ex illis ellige ſecundum quod exigit diſpõ ⁊ ex eis eſt illud quod fit cuꝫ oleo mandragore quando diſtillatur ex eo in naſum cum emulſione lactis ⁊ fit ſimiliter ex oleo nenufarino ⁊ roſato ⁊ violato ⁊ quandoqꝫ diſtillantur in aurem ⁊ confert ⁊ quandoqꝫ additur eis opij ſicut granum orobi ⁊ quandoqꝫ cũ oleo de papaueris. aut de lactuca. ¶ Gabriel. caputpurgium conferens ſahare. ℞. opij croci corticum papaueris caſſie an fiant colliria ⁊ diſſoluant̃ in oleo roſaceo. ⁊ diſtillent̃ ex eis i nares quoniam eſt expertum.

¶ Idem caputpurgium ſi fuerit cauſa frigida fiat cum oleo de croco ⁊ aneti ⁊ camomille ⁊ ſi oportet cum modico opij ⁊ croci cum eis.

¶ Gabriel. ſuffumigium conferens ſahare. ℞. roſaruꝫ violarum foliorum ſalicum ana. ℥. i. ſandali macaziri. ℥. ſ. florum nenufaris. ʒ. iij. corticuꝫ papaueris. ʒ. vij. ponãtur in ampula vitrea ⁊ impleatur deinde aqua roſata ⁊ obturetur orificium eius. deinde buliat ſuper cinere calido uſqꝫ ad conſumptionẽ tertie partis ipſius. poſt hoc deobturetur orificium vaſis ⁊ paciens inde fumum recipiat inducit. enim ſomnum.

¶ Aliud eiuſdem ſatis efficax. floruꝫ camomille floruꝫ aneti ana. ℥. ij. melliloti. ʒ. viij. corticum mandragore caſſie ſquinanti ana. ʒ. iij. corticum papaueris. ʒ. viij. ligni aloes boni. ʒ. ij. ſ. fiat ſicut diximus eſt enim expertum.

¶ De freneſi.

Ura huius egritudinis ſi in impreſſit caſſa eſt. ſi autem adhuc ſit preparamentuꝫ ut imprimat ſed adhuc non impreſſit curatur ſed non apud

negligentes ⁊ ſtolidos et cura ipſius ſunt quinque res.

¶ Prima ſubtrahit materiam ⁊ abſcindit eam.

¶ Secūda ꝯuertit uaporoſū eiꝰ ad diuerſū ⁊ oppoſitū

¶ Tertia conuertit regimen ad confortandum caput vt non recipiat quod ad ipſum tranſmittitur de vaporibus ⁊ extinguat audaciam acuitatis eorum.

¶ Quarta conuertit regimen ad ea per quem poſſit fieri temperies ⁊ adequatio ex eis que dicam.

¶ Quinta conuertit regimen ad ſedationem accidentium. ¶ Tres autem ex eis ſunt principales ⁊ reſpiciunt cauſam ⁊ ſunt de neceſſitate cure. due autem poſteriores preparant ⁊ adiuuant. ⁊ vna ponit regimen in dieta. ⁊ alia ſedat accidentia praua.

¶ Diſtinguendum autem eſt in his rebus hoc modo ¶ Primam complent flebotomia vbi neceſſaria fuerit ⁊ medicamen ſolutionis quando oportunuȝ fuerit ⁊ adminiſtratio cliſterioꝝ leniū nō tranſgredientium gradum lenitatis uel modicum tranſgredientium vt non fiat incitatio. ¶ Secundam rem complent fricationes extremitatum ⁊ ligationes compreſſiue doloroſe ī eis ⁊ effuſiones aque calide in eis ante fricationem ⁊ poſt ⁊ ventoſe poſite in tibijs ⁊ brachijs ⁊ ſcarificatiōes in auribus: ⁊ ſanguiſuge in naribus ⁊ ſternutatoria. ⁊ gargariſmata. ⁊ prouocatio emoroidarum ⁊ in muliere ſanguinea meſtruorum. ¶ Tertiam rem complent linimenta: ⁊ emplaſta repercuſſiua conſiderata ſicut diximus in ſoda ⁊ canone ibi diſtincta.

¶ Quartam rem complet adminiſtratio potuum ⁊ ciborum ſedantium inflamationem. ⁊ aeris puri temperati ⁊ domus exute a formis ⁊ luciditate in qua ſternātur redolentia frigida ⁊ in qua ſit fragor ramorum redolentium frigidorum cum tenui murmure fluentia aquaruȝ frigidarum ⁊ omni quiete ⁊ adminiſtratione gaudij lenis ⁊ ſonitus organoꝝ tenuis. ¶ Quintam rem complet adminiſtratio medicinarum ſomniferarum ⁊ ſedatiuarum ⁊ ſocietas amicorum qui prohibeant ⁊ uincant agitationem eius ⁊ ſint. fideles in adminiſtratione eorum que inducuntur ab artifice ⁊ prudentes ut coherceant permixtionem ipſius aut ſaltem mulceant.

## ¶ De phreneſi ſanguinea.

In primis ſi nihil fuerit quod prohibeat flebotometur cephalica ⁊ deinde flebotoma venas frontis uel ſanguiſugas applica eis. aut in naribus: ⁊ ſi eſt quod pohibeant ſaltem ex venis frontis. aut narium ſanguinis fiat extractio. ⁊ ſcito quod eſt utilis ⁊ omni ſpeciei freneſis confert emorroidarum prouocatio ſimiliter aurium ſcarificatio.

## ¶ De phreneſi colerica.

Freneſis colerica medicina ſolutiua indiget. ſicut eſt aqua fructuum ⁊ ſiripus uiolatus ⁊ roſatus. ⁊ diaſiracoſt ⁊ alia que diximus in ſoda.

¶ Linimenta in principio rei vtilia ſunt ex oleo roſato ⁊ aceto conquaſſatis ⁊ alia que diximus ⁊ emplaſta ⁊ caputpurgia ⁊ ſuffumigia. ⁊ tu elige ea in capitulo d' ſoda. ⁊ ſi uigilias patitur affer ad locum hunc que diximus in ſahara ⁊ alienet omnino cibariaꝫ groſſa ⁊ aquam frigidam d. a. Et ſcito quod in ſanguinea indigetur reſolutione plus ⁊ extinctione minus. ⁊ ī colerica ecōtra. hoc enim ſtudio ſanabitur ſi deus uoluerit.

## ¶ De litargia ⁊ eſt ſirſen frigidum.

Cura huius egritudinis ſunt. v. res quas nominauimus in phreneſi, ſed alter atqꝫ alter accepte. ¶ Prima eſt occupari ad ſubtractionē materiei cum cliſteribus fortibus ⁊ acutis. ⁊ cum uomitu ⁊ interduȝ cum uentris ſolōne. ¶ Secunda eſt conuertere materiam ad oppoſitum aut diuerſuȝ ⁊ deriuare de parte in partem ⁊ hoc quidem completur cum fricationibus extremitatum ⁊ compreſſione doloroſa in eis facta ⁊ ligaturis fortibus ⁊ effuſione aque calide in eis ⁊ uētoſatiōe ſine ſcarificatione queꝑ procedat deſcendendo ſicut verbigratia incipiendo a nuca ⁊ collo ſubdeſcendendo ad ſpatulas ⁊ brachia ⁊ crura ⁊ eſt res efficax. Completur etiam ſecunda res cum ſternutatorijs ⁊ gargariſmatibus ⁊ ſcarificatione aurium ⁊ prouocatione emorroidarum ⁊ meſtruorum. ¶ Tertia res conuertit regimen ad hoc vt repellatur materia que tranſmittitur ad caput. aut reſoluatur tranſmiſſa. ⁊ completur in principio rei cum medicinis repercuſſiuis. ſicut eſt oleum roſatum proprie conquaſſatum cum aceto: ⁊ completur in proceſſu rei cum repercuſſiuis in parte ⁊ in parte reſolutiuis ſicut recte oleo roſato ⁊ aceto miſceri docuit caſtoreum conquaſſatum cum eis ⁊ ſuperpoſitum ⁊ adhuc re multuȝ procedente cum reſolutiuis tantum. ſicut loquemur poſt. ¶ Quarta eſt regimen in dieta ⁊ alijs exterioribus ⁊ completur cibis et potibus conuenientibus. ſicut eſt aqua ciceris et aqua ordei cum barbis porroꝝ ⁊ iſopo ⁊ rute ⁊ idromelle et allia cum pipere parco ſi non multum febriat ⁊ alienetur aqua frigida omnino et completur etiam locando eos in domo lucida plena imaginibus in qua ſit ſtrepitus et tumultus loquentium ⁊ aſtantium uehemens cum inquietatione egrorum et prouocando eos ad iram ⁊ iurgia ut non profundetur in ſomnuȝ exercendo coraȝ eis ſonitus et ſtrepitꝰ horribiles ⁊ laborioſos. ¶ Quīta ꝯuertit r̄gimē ad ſedationē accidētium que ſunt ſubeth et ſomnus grauis ⁊ ſoda que non ſentitur et obliuio loquendi et obliuio vrinandi: egerendi ⁊ aliorum: et hanc rem complet adminiſtratio rerum uigilare facientium et prohibentiuȝ ſubeth et ſedantium ſodam et remouentium obliuionē et incitando eos ad loquendum et uigilanduȝ et euellēdo pilos eorum et incitando eos ad vrinandum et egerēdum. etiam ſi oportet ad comprimendum ueſicam ⁊ pectinem ad hoc ut vrinent. hoc eſt totum genus cure eorū ⁊ hoc toto genere ſanabuntur ſi deus uoluerit.

¶ Filius zacharie cliſtere conferens litargie flegmatice obliuioni ⁊ appoplexie. ℞. coloquintide interioris. ʒ. ij. ſ. cartami. ℥. i. corticum radicum capparis ſeminis vrtice ana. ʒ. iij. calamenti. ℥. i. coquantur omnia in libras. iij. aque uſqꝫ dum reddat ad libram. i. ſ. ⁊ accipe huius expreſſionis. libraȝ. ſ. muri nabati. ℥. i. ⁊ cum oleo fiat cliſtere et iniiciatur.

Filiꝰ zacharie cōferēs litargie mlice eēt illa q̄ rarius ad

nit ⁊ ſi accidat raro eradicatur ⁊ apoplie ab eadez cauſa. ℞ epithimi rubei. ℥.i. colloquintide interioris. ʒ.ij. polipodij. ℥.i.ſ. calamenti. ℳ.i. coquantur ſicut ſuperius ⁊ fiat clyſtere cum oleo camomille.

¶ Galienus. cliſtere efficax ⁊ ſublime ad litargiam : ⁊ apoplexiam ⁊ paralyſim. ℞. artanite ⁊ colloquintide interioris ana. ʒ.i.ſ. cartami. ℥.i. centauree minoris. ℥.ſ. ellebori albi. ʒ.i.ſ. aſce. ʒ.viij. coquātur omnia ſicut diximus ⁊ clyſterizetur cum eo.

¶ Aliud noſtrum. coloquintide. ʒ.i. centauree. ℥.ſ. cartami polipodij ana. ℥.i. iſopi haſce radicum malue. ana. ℳ.i. mellis. ℥.ii. uel. iij. ſalis maſſe. ℥.ſ. ſalis gemme ʒ.iij. fiat ſicut diximus. eſt eniz vtile ſi deus uoluerit.

¶ Uomitus quoqꝫ prouocandus eſt cum ſinapi ⁊ cuz oximelle aut raſano. aut ⁊ cum oximelle ⁊ oleo ⁊ ſale. ⁊ aqua criſolocanne : aut ſicle : aut cum decoctione alſereng: aut ſimilium. ¶ Alexander. ſi ventris ſolutio neceſſaria fuerit propter plenitudinem ⁊ exhiberi illam fuerit poſſibile de caſtorei. ʒ.i⁹ tertias. ij. ⁊ ſcamonee cocte ⁊ preparate. ʒ.i⁹. ſextaz plus vel minus ſicut oportere uidebis ⁊ cum idromelle dabis ſed meliori omni euacuatione eſt cliſtere. ¶ Sternutatoria ⁊ gargariſmata i capitulo de ſoda frigida eligantur ⁊ embroce ſimiliter ⁊ caputpurgia ⁊ odoramenta. ¶ Sed ex odorabilibus in hac parte eſt nemen ⁊ haſce ⁊ proprie in proceſſu rei ⁊ caſtoreum ⁊ calamentum ⁊ ruta ⁊ fumus pilorum ignitorum cum caſtoreo quoniam excidat eum : aut capillorum infirmi quos prius euulſiſti euulſione doloroſa.

¶ Democritus. ſinapiſmus cōgruit litargie cuius difficilis eſt reſolutio. ſinapiſmus quidez eſt dictus in repoſitorio medicinarum uniuerſalium.

¶ Archigines. acetum ſquilliticum conquaſſatum cuz oleo roſaceo in quo diruptuz ſit caſtoreum confert litargie ⁊ euigilare facit. ⁊ quandoqꝫ pro oleo roſato permutatio fit ad oleū irinum. aut oleum de narciſco. ⁊ quandoqꝫ permiſcentur cum eis capilli hominis aduſti ⁊ eſt mirabile. ¶ Alexander capilli hominis aduſti ⁊ triti multum cum aceto uſqꝫ dum fiat totum ſicut unguentum ſunt medicina mirabilis ad litargiam ⁊ ſubeth excitat enim cito a ſomni profunditate. ⁊ quandoqꝫ miſcet eis caſtoreum. ¶ Alexander. uapores a capite optime expelluntur ſi in principio litargie ⁊ ſubeth ex oleo ⁊ aceto conquaſſatis diu caput liniatur. ſed poſtquam circūteneri incipiunt admiſceri oportet caſtoreum. aut feniculum algul. aut pulegium. aut calamentum. aut haſce ⁊ ſimilia. aut nemen ⁊ calamentuz. aut omnia. aut ſingula.

¶ Emplaſtum ex arte noſtra confert litargie ⁊ ſubeth ⁊ euigilare faciens. ℞. piretri ſinapis ſquille ana. ℥.i. caſtorei euforbij ā̄n. ʒ.v. miſce omnia cum ſucco aſſodeli ⁊ ſucco ſanſuci ⁊ epithimetur ex eis pupis cerebri.

¶ Andromacus. ℞. ſquillam ⁊ terre ⁊ calidaz ſuper locum quantum ex ea oportet pupi capitis applica poſtquam cum oleo roſarum ⁊ aceto ⁊ caſtoreo conquaſſatis locum inunxeris. ¶ Archigines. linimentum reſoluens litargiam ⁊ ſubeth. ℞. olei de been olei nardini ⁊ coſtini ana. partem. i. caſtorei quartam partem vnius euforbij tantumdem ⁊ piretri ſimiliter ſquille partem. i.ſ. fiat ex omnibus linimentum ⁊ epithimetur cum eo.

¶ Galienus ſi diuturna efficitur paſſio caſtorei a grana. iij. uſqꝫ ad. v. cum oximelle bibere dandum eſt ſatis a me expertum : ⁊ ſimiliter tiriaca data. aut mitridatum confert. aut diamuſcus ⁊ ſimilia. ¶ Filagrius. ſtimulantia corpuſ ſunt de genere materiam diuertere facientiū ⁊ operantur plus quam fricatio extremitatuz ⁊ compreſſio doloroſa ⁊ ſunt proprie quando linimenta ⁊ confricationes fiunt cum rebus acutis. ſicut eſt acetum ſquilliticum proprie ⁊ ſquilla ⁊ ſinapis cum aceto ⁊ vrtica ⁊ ſemine eius ⁊ piretrum ⁊ ſemen almezercon : ⁊ folia eius ex iſtis enim confricantur extrema materia ad diuerſuz trahitur ⁊ ſubeth prepeditur ut nō profundetur in ipſū ſi deus glorioſus uoluerit.

¶ De diminutione memorie.

In primis mundificatio fiat capitis ⁊ corporis totius ſi eſt a materia flegmatica poſtquam digeſſeris ea. ⁊ euacuatio in principio rei cum medicinis operantibus cum facilitate. ſicut eſt iera confortata cum pulpa colloquintide ⁊ caſtoreo ⁊ alijs que nominauimus in ſoda ⁊ gradatim procedemus ad maiora ſicut ſunt iere magne theodoricū ⁊ nuceſ muſcate ⁊ alia que diximus ⁊ collige ex eis emplaſta ⁊ caputpurgia ⁊ alia. ⁊ afferas etiaz ad hanc partem que diximus in litargia. ¶ Mahemet araſi. linimētū conferēs litargie ⁊ obliuiōi ⁊ cōgelatiōi. ℞. olei ſābucini. ℥.x. olei de been. ℥.ij. euforbij. ℥.i. caſtorei. ℥.ſ. fiat linimētū ⁊ vngatr̄ cū eis locus memorie quoniam confert. ¶ Filius zezar. zinziber conditum reparat memoriaz ⁊ proprie ſumptuz quolibet mane et quandoqꝫ confortatur cum olibano ⁊ pipere et eſt efficacius. et quandoqꝫ confortatur cum anacardis et proprie ſi admixte ſint zinziberis cōditi. ℥.iij. mellis anacardi. ℥.i.ſ. et ſit doſis. ℥.i.

¶ Filius girges. medicamen eiuſdem reparatiuum memorie et conſeruatiuum eius. ℞. acori in alio hueg nutriti librā. ſ. piperis lōgi. ℥.i. ptes duas cimini. ℥.ſ. miſceantur omnia ſimul et adminiſtrentur et ſit doſis eius. a ʒ.ij. uſqꝫ ad. v. ¶ Mali medicamen expertum conſeruans memoriam et conferens ſenibus. ℞. mellis anacardi ptes. ij. olibāi cipi acori ana. ptes. ij. pipiſ macropipis ana ptē. i. kebulorum indorum ana partes. ij. cimini partes. iij. mellis quantum ſufficit. doſis eius eſt. ʒ.ij.

¶ Medicamen noſtrum expertum ad deſtructionem memorie reparans et conſeruans eam. ℞. mellis myrabolanorum kebulorum libraz. i. piperis longi. ℥.iij.ſ. teratur piper et miſceatur cum melle kebulorum et aromatizetur cum galie muſcate. ʒ.iij. muſci boni. ʒ.ſ. et ſumatur ex eo omni mane in ieiunio a. ʒ.ij. uſque ad. v. eſt enim nobile expertum. et quandoqꝫ miſcuimus cuz eis olibani maſculi. ℥.i. et eſt bonuz et quandoqꝫ datur predictum medicamen ſine olibano poſt quam deglutinerit ex olibano cicera tria et eſt melius et proprie ſumptū cum aqua iſopi et olibani. aut vino permixto.

¶ Filius zacharie. confectio anacardina bona conferēs obliuioni et caniciei ante horā et morphee et baras. ℞. mirabolanorum indorum emblicoruz bellericoruz ana ℥.iij. piperis macropiperis olibani zinziberis iſopi ſicce acori ſpice ciperi ⁊ in alijs pro acoro. hubeg ana. ℥.v. mellis anacardi. ℥.v.i. mellis quantuz ſufficit doſis a. ʒ.i. uſque ad. ij. expertum uerax.

Confectio anacardina quā diximus in ātidotario excel

lens eſt in cõfortatione ſenſuum ⁊ memorie ⁊ facit eam
recuperare deperditam.

¶ De melãcolia ⁊ mania.

Primus in ſoda intentiõem galieni in curatio
ne egritudinum melancolicarũ eſſe i trib⁹ reb⁹
Prima res ẽ regimen circa adequatõnẽ cauſe
eius ⁊ digeſtionem ipſius. ¶ Secunda res eſt ſolicitu-
do circa euacuationem eius. ¶ Tertia res eſt regimen
confortatiuum cordis complectens omne regimen dila
tans animam ⁊ faciens in ea mineram gaudij. ¶ Pri
mam autem rem duo tangunt regimina. ¶ Primum
regimen eſt regimen humectatiuum ⁊ impinguatiuum
quod in tota cure protelatione extendendũ eſt preterq̃
faciat cadere in opilationes: ⁊ completur hoc regimen
cum balneis ⁊ embrocis humectantibus ante cibum: ⁊
effuſionẽ aque calide ſuper caput ⁊ humectatione aeris
habitaculi eius ⁊ fricationibus ⁊ vnctionibus tenerum
facientibus corpus: ⁊ cũ cibis ⁊ potibus humectatiuis
humores laudabiles generantibus ⁊ omni quod impin
guat ⁊ humectat ex cibis ⁊ potib⁹ ⁊ medicinis ⁊ quiete
⁊ ſomno ⁊ ſit ſtudium in omnibus his ſupra ſtudium ſe
cundi regiminis quod nunc narro. ¶ Secundum regi
men eſt regimen reſolutiuum faciens reſolutionem cũ
mediocritate ⁊ proprie eius q̃ habilitatum eſt ex prece-
denti regimine vt fiat illud: ⁊ hec duo regimina opor-
tet q̃ ſibi inuicem ſemper ſuccedant vt cadat digeſtio e-
qualiter in materiam quoniam eſt cura vera. ¶ Secun
dam rem complent tria cõſiderabilia in euacuatione ma
terie attendenda: primum eſt vt non ſemel ⁊ laborioſã
⁊ ſubitam faciamus euacuationẽ: ſed per interualla ha
bentem temperiẽ vt natura euacuatiuum regulet non
euacuatiuum naturam. hoc enim eſt preceptum Hypo
cratis. ſubita enim ⁊ violenta euacuatio vix a natura re
gulatur ⁊ eius operatio eſt ſicut impetus flamme que ſu
bito in ſubtile agit ⁊ debile ⁊ pretergreditur groſſum.
Opus vero moderati caloris eſt equaliter in vtraq̃ par
te rei eliſſabilis ſeu aſſabilis agere. ¶ Secundũ conſi
derabile eſt vt euacuatiuum ſit commenſuratum nõ ex
cedens mediocritatem: ſed ſit extenſio eleuationis eius
non recedens aut modicum recedens a gradu medicina
rum incolumium quas te ſcire fecimus. ¶ Tertiũ eſt
vt non expolientur ſolutiua a rebus lenificatiuis ⁊ hu-
mectantibus. hoc enim eſt quod operationẽ beatificat.
¶ Amplius autem rei huius ſecunde regimen perfici-
tur cum adminiſtratione flebotomie ⁊ ſubtractione ſan
guinis vbi oportet ⁊ medicine euacuatiue ⁊ enematum
⁊ colliriorum conuenientium primo leniũ: deinde acri-
um ⁊ interdum vomitus quando proprie paſſio eſt ſto
machica: aut in ſtomacho fuerit aliquid qd̃ ad egritudi
nem addat: aut quũ cib⁹ fuerit corruptus in ſtomachis
eorum. ¶ Tertiam rem complet adminiſtratio rerum
ſecundum omne genus generantium eis gaudium ⁊ le
ticiam ſiue cibalium ſiue medicinalium ſeu potabilium
⁊ adhuc ex rebus que audiuntur ⁊ videntur ⁊ odoran-
tur ⁊ quocunq̃ modo ſentiri poſſunt ⁊ adminiſtratio-
ne aeris temperati ⁊ aſpectu formarum multi decoris ⁊
ornatus ⁊ negociatione iocunda ⁊ blandimentis ⁊ ſug-
geſtionibus ⁊ promiſſionibus rerum de quibus dolent
de perditis ⁊ aſpectu ludorum detrahentium intentio-
nem eorum a re de qua dolent ⁊ omne quod ad reẽ gau
dij pertinent.

¶ Cura manie ⁊ melancholie ſanguinee.

Si ſanguis exuberat in toto: ⁊ vene plene ſunt
euacua ex vena nigra ⁊ poſt iſtam ex baſilica: ⁊
hoc in melancholia. In mania vero fac econ-
tra. ſ. incipe ex baſilica ⁊ poſt iſtã ſi oportet ex vena nigra
⁊ poſt iſtas flebotoma de ſaphẽis. ⁊ ſi adhuc oportet fac
ex vena que currit ad pollicem pedis ſi uidẽs in ea ple-
nitudinẽ. ⁊ maxime i occultatione meſtruorũ. trahit eñ
et flebotomia hec. ⁊ ſi adhuc hec non cõtulerint ex vena
frontis facies: aut ſanguiſugas in ea ⁊ naribus applica
bis quoniã omni pmixtioni confert. ¶ Et eſt admini
ſtrãda ſẽp hac egritudine flebotomia larga vt ñ egrediat̃
ſubtile ⁊ remaneat groſſũ. Et ſi ſãguinis peccatũ i capi
te ſolo fuerit flebotoma ex cephalica ⁊ ꝯſidera que dua-
rũ partium capitis ſit grauior. ⁊ tunc ex eadẽ cephalica
flebothoma. ¶ Et ſi fuerit ſanguinis abundantia pro
pter opilationẽ que eſt in epate aut ſplene flebothoma
ex ſaluatella dextra aut ſiniſtra. Et ſi fuerit in utroque
nunc ex hac nunc ex illa flebothoma.

¶ Ad huc autem te ſcire facimus q̃ emorroidarũ pro
uocatio ⁊ meſtruorum omni eorũ ſpeciei confert ⁊ ſimi
liter apertio varicum: ⁊ ſimiliter apertio plenitudinis
venarum pedum in fine rei.

¶ Sabor rex medorum. ſirupus conferẽs manie ⁊ me
lancolie ex aduſtione coler̃ citrine. ℞. ſucci bugloſe do
meſtice ⁊ ſilueſtris ana. libras. ij. ſucci pomorũ dulciũ
redolentium lib. iij. folliculorum ſene ℥. iiij. croci ʒ. ij.
zuchari tabarzet libras. iij. ſit autem ſic ſene proijciatur
in ſuccis per diẽ ⁊ noctem poſt contritionem eius, de
inde bulliant ebullitione vna aut. ij. deinde cũ zucharo
fiat ſirupus. crocus autem confricetur in panno in eius
decoctione da. ℥. ij. uel. iij. cum aqua bugloſe ⁊ quando
q̃ apud neceſſitatem datur cum aqua caſei.

¶ Galienus. ℞. folliculorũ ſene librã. i. ⁊ ſubmerge
ipſũ in cado muſti albi ⁊ dimittatur per menſes ſex pro
pinetur cũ aq̃ bugloſe omni mane in ieiunio cõfert enĩ
manie melie mirabiliter ⁊ mundificat cerebrum ⁊ ſen-
ſus ⁊ generat gaudium. ⁊ ſi decoquatur ſene in iure gal
lorum ⁊ gallinarum aut carnium aut piſcium auiculo-
rum confert ſimiliter. ¶ Filius zezar. infuſio epithimi
conferens manie melancholie ab aduſtione colere citri.
℞. epithimi cretenſis. ℥. iij. florum bugloſe domeſtice
aut ſilueſtris. ℥. i. ſal indi. ʒ. i. ſ. pone in ſcutella lapidea
⁊ proijce ſuper ea aque caſei ſumpte ex capris. ℥. xij. di-
mitte die ⁊ nocte ſub aer̃ limpido deinõ bulliat ebulliti
one vna ⁊ coletur ⁊ proijciatur ſuper ipſum catartici ro
ſati. ℥. ſ. ⁊ ẽ doſis. ℥. i. ul' ij. ¶ Infuſio alia. ℞. ſene. ℥. ij
pruna. xl. aque caſei quantum ſufficit.

¶ Triſera de epithimo que adminiſtratur inter euacu
ationem ⁊ euacuationem in diebus quando non admi-
niſtratur euacuatio. facit enim reiuueneſcere ⁊ gene-
rat gaudium cuius permixtio. ℞. kebulorum emblico-
rum belericorum ⁊ indorum ana partes equales epithi
mi ſublimis partes. ij. ierepigre partem. ſ. conſice cum
melle emblicorum. aut kebulorum ⁊ da omni die ſicut
diximus a. ʒ. ij. uſq̃ ad. iij. ¶ Gabriel. pille de lapide
armeno que mũdificant caput ab humore melãcolico ⁊

conferunt egritudinibus quaruꝫ materia eſt melancoli
ca: ſicut mania proprie eſt melancolica ⁊ triſticia ſine cau
ſa: quaruꝫ permixtio. ℞. polipodij epithimi ana. ʒ. v. la
pidis armeni loti ſecunduꝫ artem. ʒ. ij. ſ. myrabolanoꝝ
kebuloꝝ indorum. añ. ʒ. ij. ſticados. ʒ. x. ſalis indi colo
quintide interiore añ. ʒ. iiij. emblicoꝝ bellericoꝝ ha
ſce elebori nigri añ. ʒ. iij. ierepigre turbit añ. ℥. i. ſ. confi
ce cũ oximelle ⁊ da. ʒ. i. vel. ij. cuꝫ aqua caſei.

¶ Filius Zacharie: modus confectionis conferens me
lancolie ⁊ timori. ℞. myrabolanoꝝ nigroꝝ. ʒ. xx. har
mel polipodij ſcebra. ʒ. i. ozimi maius marubij albi añ.
ʒ. v. epithimi. ʒ. xv. ſticados. ʒ. x. agarici elebori nigri alſe
lengemiſc añ. ʒ. v. gariofiloꝝ. ʒ. ij. meliſſe. ʒ. iij. corticuꝫ
citri bugloſe añ. ʒ. iiij. nucis muſcate galie muſcate añ. ʒ.
i. confice cum melle paſſularum ⁊ melle emblicoꝝ. do
ſis añ. ʒ. ij. vſqꝫ ad. iij.

¶ Filius Zacharie: modus electuarij letificantis ⁊ ge
nerantis gaudiũ ⁊ reiuueneſcere facientis ⁊ coloris pul
chritudineꝫ ⁊ odoris bonitateꝫ in toto corpore operan
tis ⁊ digeſtionis bonitateꝫ ⁊ retardantis canos cuius ꝑ
mixtio hec eſt. ℞. roſaruꝫ. ʒ. iij. ciperi. ʒ. ij. ſ. gariofiloꝝ
maſticis ligni aloes ſpice aſſari añ. ʒ. i. ſ. cinamomi croci
meliſſe alſelengemiſc margaritaruꝫ folij indi macis car
domomi heil nucis muſcate corticũ citri galie muſcate ze
doarie doronigi ozimi maioris añ. ʒ. i. muſci boni. ʒ. i. q̃r
tam confice cuꝫ melle bellericoꝝ ⁊ melle emblicorum
quod ſit quadrupluꝫ ſpecierum ſumatur ſicut triſera eſt
magis conueniens in hieme.

¶ Alia adhuc ad maniaꝫ ⁊ melancoliam conuenientia
eligi poſſunt ex his que tradita ſunt in grabadin maiori
⁊ in capitulo de ſoda ex eis que educunt materiaꝫ earuꝫ
⁊ ex eis que confortant cor que requirantur ibi ⁊ afferan
tur ad locum hunc.

¶ Embroce autem conuenientes eligantur in quibus
ſtudium humectandi ſit vincens ſupra ſtudium calefaci
endi: aut infrigidandi ⁊ nos plura ex his diximus ⁊ tra
didit Galienus decoctione capitum edorum ⁊ pedum
⁊ iuuenum caſtratorũ cum lacte nuper mulſo ⁊ butyro
crudo eſſe embrocam mirabilem ad humectandum ⁊ le
niendum ea in quibus humectationem querimus. ⁊ eſt
neceſſe vt in die quinques ex ea caput liniat̃ ⁊ embroceť.

¶ Alchanzi. mulgetur ſuper caput lac ⁊ oleum de cu
curbita aut oleum de lactuca aut de papauere cum oleo
camomellino: ⁊ iuuatur eis multum: ⁊ humectat cum
temperie.

¶ Embroca conferens eis ⁊ faciens ſomnuꝫ. ℞. papa
ueris ⁊ camomille ⁊ ſeminum lactuce añ. partes equa
les: coquantur in aqua ſufficienti vſqꝫ ad conſumptio
nem medietatis eius ⁊ embrocetur cuꝫ ea.

¶ Uomitiua congrua in tribus caſibus pauloante di
ximus eſſe: ⁊ fiant in primis cum leuioribus ſicut ꝓprie
cuꝫ oximelle ⁊ aqua tepida: aut cum oximelle ⁊ rapha
no: aut cum raphano qui eſt nutritus cum eleboro ni
gro: aut cum expreſſione raphani ſic nutriti: aut cũ aqua
decoctionis mabrahumich ⁊ redi poſt illud ad confor
tationem ſtomaci cum eis que dicemus: imo ſit ſtudiuꝫ
tuum poſt curam cordis vt verificetur in eo digeſtio: ⁊
ſi accidat: vt corrumpatur in eo cibus tam cito vomitu
expellatur: nihil enim eſt eis deterius q̃ corrupta dige
ſtio: ⁊ cibus ſupra cibum indigeſtum: ⁊ ſomnus ſupra ci
bum corruptum ⁊ balneum: quinimmo ſubſtinere cibũ
corruptum eſt eis res nociua.

¶ Galienus: vitent acuta ⁊ ſimiliter vrinam prouocã
tia quoniam quod ſubtile eſt in materia excluditur re
manet in reſiduo groſſum eius pronum fieri eſſentie la
pidis ſimile.

¶ Galienus in melancolia ſplenali: aut mirachia ſoli
citudo attendenda eſt circa ſplenem ⁊ mirach ⁊ ſit qua
druplex ſolicitudo. Prima q̃ mundificetur corruptuꝫ
eorum. Et ſecunda vt prohibeantur vapores corruptio
num venire ad caput ⁊ proprie cum ventoſis ⁊ empla
ſtris rubificantibus ſuper locum ⁊ fortaſſe cum cauteri
is ⁊ cum eis que detrahunt ad diuerſum ⁊ oppoſitum ſi
cut ſunt clyſteria ⁊ prouocatio emorroidarum ⁊ meſtru
orum ⁊ flebotomia ſaphene ⁊ vene pollicis ⁊ poſitio vẽ
toſarum ⁊ tibijs ⁊ pedibus. Tertia eſt vt confortetur ⁊
rectificetur ſplen ⁊ mirach vt materie non corrumpan
tur in ipſis imo digeratur omne corruptum ⁊ fiat mi
nera materiei laudabilis. Quarta eſt vt confortetur ce
rebrum vt non recipiat ſuperflua ſicut ſepe diximus.

## ¶ De epilepſia.

Ura huius egritudinis eſt ſex res. Prima po
nit regimen in vita. Secunda equat ⁊ coaptat
materiam. Tertia abſcindit eam. Quarta po
nit regimen in conuerſione reſidui eius ad partes diuer
ſas ⁊ oppoſitas. Quinta rectificat membrum mandans
ſi eſt aliquod mandans ⁊ rectificat cerebrum. Sexta cor
rigit accidentia. ¶ Primam autem rem complet admi
niſtrationes regiminum in ſex generibus rerum nõ na
turalium de quibus eſt aer qui eſt temperandus eis nec
calidus ſit nec frigidus: ſed ſit ad ſiccitatem decliuior: ⁊
confert interdum de regione in regionem mutare aereꝫ
⁊ aliquando conſuetum ſi ſub eo morbus accidit. ¶ In
eis enim ſepe diſſuetus permutat ⁊ in quibuſdam ſi diſ
ſuetus addat ad morbum reuerti ad conſuetum permu
tat ⁊ tu complexionem egri ⁊ aerem conſidera ⁊ reuela
bitur fugiendus aer: aut non fugiendus ſit. ¶ Cibus
autem commenſurandus in qualitate ⁊ quantitate eſt ⁊
in proprietate ⁊ alijs. Cibus pueris ſit lac retificatum i
bonitate dicte lactantis ⁊ bonitate diſpoſitionis eius vt
nec pinguis nec tenuis nec iracunda nec pigra nec mul
tuꝫ laborans nec multum quieſcens viuida vultu bono
rum morum non luxurians cuius operationes natura
les ſunt vere ⁊ proprie digeſtio. Et alijs ſit proprie cibꝰ.
cibus boni nutrimenti ⁊ laudabilis chimi non vaporoſi
aut corrupti: ⁊ ſit cibus habens mediocritatem cum de
clinatione ſua ad ſiccitatem modicam ⁊ ſit facilis ad di
gerendum non grauans naturam: ⁊ neqꝫ ſumatur ex eo
vſqꝫ ad repletioneꝫ: neqꝫ ſupra repletionem: neqꝫ ſupra
cibum indigeſtum: at vero ſacietatem nauſeatiuam vita
inquantum poſſibile eſt: adhuc autem elige ex cibis ſe
cundum proprietateꝫ. Inquit enim Diaſcorides. Ru
ta confert epilepticis. Apium vero eam excitat: ⁊ fortaſ
ſe endiuia conceditur ⁊ anetum ⁊ coriandrum. Et pro
hibeantur fructus omnes niſi quidam ſtiptici ſuper ci
bum vt prohibeant aſcenſum vaporum ⁊ confortent ſto
machuꝫ. Et prohibentur caules ⁊ porri ⁊ piſces quidem
ſũt moleſti eis. Edine vero carnes dilecte ⁊ pulline ⁊ gal

linaꝝ ⁊ capreoloꝝ lepoꝝ iuuenū ⁊ q̄ hoc curſu ꝓcedūt.
¶ Potus aūt coꝝ vtilis eſt vinū multe ꝑmiſtionis: nec
nimis antiquū: nec nimis nouū clarū ſubtile odoriferū
ſtipticitatis parū habēs. Dulce vero ⁊ groſſuꝫ eſt malū
⁊ ſimilr̄ etiā purū ſi ſit elegās. Hydromel quoqꝫ eſt po
tus eis elegātius ꝙ̄ vinū. Uitent aūt ſuper repletioneꝫ
potum qualiſcunqꝫ ſit: ⁊ qn̄ digeſtio fieri incipit ⁊ potū
omneꝫ imoderatuꝫ ⁊ potum aque ⁊ potū vaporoſum ſi
cut eſt vinū de dactylis ⁊ ſimilia. Fameꝫ autem omnē ⁊
repletionē fugiāt. moderatum quoqꝫ ieiunium cōfert ⁊
melius in hoc caſu moderate inanitū ꝙ̄ repletum. Ui
tent coituꝫ ⁊ fortaſis coitus apud eos q̄ vltimo abſtinēt
ſi moderatus ſit ſanat. ¶ Somnus aūt ⁊ vigilie ſupra
rōnē nocēt: ⁊ ſupra ſatietatē ſōnus nocet: ⁊ ſupra nauſeā
cōfert vero apud principium digeſtionis cibi: ſed mode
ratus. ſomnus apud ieiuniū ⁊ vacuitatē nocet. ¶ Exer
citium ⁊ qes ſupra ratiōe nocēt moderatum vero vtrū
que cōfert ⁊ proprie ſecundū legē naꝫ moderatum exer
citiū in ieiunio cōfert nocet qualecunqꝫ ſit poſt cibū qui
es vero ecōtrario iuuat ⁊ nocet. Omne aūt quod dilatat
animā ⁊ cōfortat confert: anguſtia aūt ⁊ triſticia nocēt ⁊
dolor ⁊ ſolicitudo laborioſa nocēt. ¶ Secundū aūt reꝫ
cōplent que materiam proprietate ⁊ virtute adaptāt vt
eius facilis fiat expulſio qualia ſunt ſquilla ⁊ acetuꝫ eiꝰ
⁊ oximel ipſius ⁊ ḋcoctio ⁊ ſirupus iſopi aut alhaſce aut
ſticados aut acori aut origani ⁊ ſimilium. ¶ Tertiā aūt
reꝫ cōplent euacuatiōes decētes quaꝝ rememorabimur
⁊ clyſteria ⁊ ſuppoſitoria lenia ⁊ acuta ⁊ in ſanguinea flo
bothomia ſaphene ⁊ ꝓuocatio emoroidaꝝ ⁊ meſtruoꝝ
⁊ emiſſio ſpermatis ſi a retētiōe eius fiat ⁊ expulſio ver
miū ſi fiat propter illos. ¶ Quartam reꝫ cōplent garga
riſmata ⁊ ſternutatoria ⁊ ꝓprie vomitus ⁊ cōmaſticatio
nes multiplicantes ſaliuaꝫ ⁊ ſputum ⁊ fricatiōes ⁊ liga
ture in extremitatibus ⁊ ventoſatōes in eis ⁊ emplaſta
rubificantia ⁊ ꝓprie ſuper mēbrum mādans ſi eſt mem
brum mādans. ¶ Quintam rem cōplet rectificatio ſto
maci ſi eſt a ſtomacho aut matrice: aut iteſtinoꝝ: aut mē
bri alterius ſicut diximus ⁊ dicemus ⁊ in omnibus his
rectificatio cerebri dꝫ eſſe intētio prima ſic iaꝫ diximus.

¶ Sextam rem cōplet adminiſtratio medicinaꝝ que cū
ꝓprietate retardant paroxiſmū aut mitigant aut cito ip
ſum ceſſare faciūt: aut prohibent aduentū eius omnino
aut occultāt ſicut dicemus poſt: ⁊ aliqn̄ flegmaticam fe
brem ⁊ proprie lōga reſoluit digerit ⁊ cōſumit materiaꝫ
eius ⁊ quādoqꝫ apud reſolutionem eius apparet in par
tibus capitis ſphati aut albaras ⁊ ſignificat ſalutem.

¶ Apozima iſopi cōfert epilepſie proprie mirabiliter.
℞. iſopi ſicce lib. j. paſſulaꝝ enucleataꝝ. ℥. ij. coquantur
in aqua pluuiali lib. iij. vſqꝫ dum ſit medietas eius con
ſumpta ⁊ da omni mane cū oximelle ſquillitico bonum
⁊ expertuꝫ: ⁊ qn̄qꝫ additur in apozimate halſce ⁊ quādoqꝫ
epithimuꝫ ⁊ eſt efficacius: ⁊ qn̄que fit inde ſirupus mel
linus cōferēs eis ſi deus voluerit. ¶ Res aūt quas ſem
per in potu ſumere oportet ſunt peonia ⁊ ſemen eius: ⁊
piretruꝫ ⁊ ſiſeleos ⁊ ariſtologia rotunda: ⁊ hec quidem
dāda ante purgationē ⁊ poſt cum hydromelle: aut apo
zimate iſopi aut aliquo talium.

¶ Iohānitius. confectio yere diacologntidos ſup qua
expectatur fiducia iuuamētorum multoꝝ ad egritudi
nes omnes capitis ⁊ cerebri ⁊ neruoruꝫ difficilis eradi
cationis ſicut eſt ſoda proprie ⁊ emigranea ⁊ epilepſia ⁊
pleſis ⁊ tortura ⁊ vertigo ⁊ tenebroſitas viſus cuius ꝑ
mixtio. ℞. ierepigre in qua aloes fuerit dupluꝫ ſpēruꝫ
℥. vj. trociſcoꝝ aladahal. ℥. iij. turbit. ℥. ij. ſquille aſſate
agarici ſticados an̄. ℥. ij. ſ. ſcamōee antiochene cocte in
pomo aur̄. viij. ellebori nigri ſal gēme bdelij an̄. aur̄. iiij.
bdeliuꝫ reſoluat in vino ꝑmixto: cetere aūt res terantur
⁊ cribellent ⁊ fiāt trociſci cū bdelio diſſoluto ⁊ ſiccentur
in vmbra: ⁊ iterū terātur ⁊ cribellent ⁊ cōfice cum melle
paſſullaꝝ cōterendo vſqꝫ dū fiet ſicut paſta fac pillulas
⁊ ſit doſis an̄. ʒ. i. vſqꝫ ad. ii. ¶ Mehemet araſi cōfectio
medicaminis quod die omni datur ad epilepſiā ⁊ verti
ginē: ⁊ ꝓparat materiā cuiꝰ permixtio. ℞. ſticados. ʒ. x.
agarici. ʒ. ij. ſ. ſiſeleos. ʒ. iij. violarū ſiccaꝝ. ʒ. v. conficeċū
keſmes: ⁊ da omni die in modum duarum aut triū nu
cum cum oximelle ſquillitico. ¶ Idē. confectio alia mi
rabilis ad epiliam propria ⁊ experta. ℞e. piretri ſiſeleoſ
ſticados an̄. ʒ. x. agarici. ʒ. v. cordumeni halſce ariſtologie
rotunde aſſodeli liquiritie carpobalſami peonie an̄. ʒ. ij.
⁊ accipe expreſſionis ſquille ⁊ mellis partes equales de
quibus coctis ad ſpiſſitudineꝫ quātuꝫ ſufficiat ad aggre
gandū ea accipe ⁊ deinde recōde in vaſe vitreo. doſis an̄
ʒ. ij. vſqꝫ ad. iij. Eſt eniꝫ medicamē vltimū. ¶ Filius ſe
rapionis. pilule ad epilepſiā ex flegmate experte. ℞e. ſi
ſeleos ariſtologie rotunde caſtorei ſalis indi. an̄. ʒ. iiij. ra
dicū peonie trociſcorū de ſquilla. an̄. ʒ. vj. ierepigre ſtica
dos epithimi. an̄. ʒ. x. polipodij. ʒ. vij. agarici. ʒ. xii. collo
quintide. ʒ. xj. turbit. ʒ. xv. myrabolanoꝝ nigroꝝ beleri
coꝝ emblicoꝝ. an̄. ʒ. iij. lapidis lazuli. ʒ. xiij. myrabolano
rum citrinoruꝫ hellebori nigri camepitheos camedreos
an̄. ʒ. viij. confice cuꝫ ſecamabin ſquillitico doſ. an̄. ʒ. i. vſ
que ad. ij. ſ. ¶ Filius ſerapioniſ. pillule ad epilepſiā me
lancolicam fideles ⁊ morpheā nigraꝫ ⁊ egritudines me
lancolicas ℞e. ierepigre. ʒ. v. epithimi. ʒ. x. lapidis lazu
li loti. ʒ. vij. ſcamonee coloquintide hellebori nigri ſpice
an̄. ʒ. ij. ꝯfice cū aqua melliſ: da cū aqua epithimi ⁊ paſſu
laꝝ. ¶ Alexāder. pille qbꝰ nulle fortiores ad epilepſiā ⁊
arteticā ⁊ podagrā. ℞. aloes cologntide ſcamonee bdel
lii hellebori nigri corticū gūmi an̄. partē. i. euforbij bau
rach an̄. partē. ſ. confice cuꝫ ſucco caulīū doſis an̄. ʒ. i. vſ
que ad. ij. ¶ Oribaſius. medicamē bonū qḋ ſumitur oī
die cōfert epilepſie: ⁊ vertigini. ℞. baccaꝝ lauri piperis
albi ſiſeleos pyretri an̄. ʒ. iij. radicū peonie ariſtologie ro
tunde an̄. ʒ. iij. caſtorei trociſcoꝝ ḋ ſquilla an̄. ʒ. i. confice
cum oximelle ſquillitico ⁊ da cum eodē oximelle die q̄
libet. ¶ Clyſtere conferens mirabiliter. ℞. alhaſce iſo
pi abſinthij an̄. ʒ. ſ. pulpe coloquitide. ʒ. ij. cētauree. ʒ. iij
cartami. ʒ. xij. olei de keruа. ʒ. v. clyſtere fiat cū eis. ¶
Sternutatoria aūt ⁊ caputpurgia ⁊ gargariſmata ⁊ ma
ſticationes eligantur i capitulo ḋ ſoda. Ruta aūt ⁊ caſto
reum ſeparatim: aut cōiunctim odorata cōferūt mirabi
liter. ⁊ ſimiliter gūmi rute agreſtis confert. Facit eni ci
to reuiuiſcere: ⁊ excitat ſepultū a vehemētia paroxiſmi.
¶ Alexander. ex iſopo pulegio ⁊ origano cū caricaruꝫ
q̄titate ſufficiēti paſtillos facies quos cōmaſtices: quia
flegma deponunt ⁊ cerebrum mundificant: adhuc autē
piretrum cum maſticis ⁊ cere quantitate ſufficienti com
mixtum ⁊ commaſticatum flegma cum virtute deponit

⁊ mundificat cerebrum mirabiliter.
¶ Galie peonia ſecundum omnem modum admini-
ſtrationis eius eſt medicina magna ad epilepſiam radix
ſcilicet ⁊ ſemen eius. Et enim ſi ex ea diebus ſigulis. ʒ.
ii. vſque ad iiii. propiet cum aqua mellis: ⁊ iſo. aut cum
oximell. confert mirabiliter: ⁊ ſimiliter ſi fiat ex ea ca-
putpur. aut gargariſmata cum oximel. ⁊ ſufflatur ex ea
in naſum: ⁊ confert. Et ſi continue puluis eius odora-
tur confert. Expertum eſt ſuſpenſionem eius in collo ēē
iuuamen ſublie: ⁊ etiam ſumpta in ci. ⁊ poti. ⁊ fit ſuffūi-
gatio ex ſcine eius. ⁊ eſt mirabile. Sumptuꝫ etiam cum
melle roſato diebus ſingulis ſanat ſi deus uoluerit.
¶ Hipo. dixit: ⁊ multi poſt ipſum: ⁊ nos etiam exper
ti ſumus piretrum eſſe medicinam fidelem ad epile. ⁊ ꝓ
prie conditum eius: ⁊ electua. factū ex eo ⁊ mellis ⁊ tro-
ciſci facti ex eo ſumpti cum ydromellis: ⁊ caputpur. con
ditum autem eius fit ſicut zinziber cōdituꝫ exptū bonū
¶ Confectio de pire. conferens epilep. ⁊ torture ⁊ pera
liſi. ⁊ egritudinibus neruo. fri. ℞. ſecacul. libram vnaꝫ
pire. humidi aut humectati. ℥. vi. mel. diſpu. li. vi. piearū
purga. li. i. ⁊. ſ. cōdies cū zinzi. ⁊ pire. ana. ℥. i. gariofi. nu.
muſca. cube. ana. ʒ. iii. exptū bonū: ⁊ alii addūt muſci. ʒ. i.
¶ Galie. Poſt corporis ⁊ capitis mondificationem ti
racam: aut mitrida. dabis diebus quibus a purgatione
interpolas: proprie auelanas. ii. de altero eorum: ⁊ pro-
¶ Si āt iā ſereare cepit occurit nobis iā intētio ſcđa ⁊ cū volumus vt ventris ſolutiōe pectus mūdificet̄ dabimus tūc miroba violatū cū decoctione iſopi minore quā diximus in cura aſmatis calidi ⁊ ſimilia pectus mūdificantia. Si āt fuerit tuſſis a catarro frigido ⁊ groſo. tūc precepimus vt lambat oi ſero ex mirra circiter. ʒi. cū melle ⁊ gargarizet ante ſomnū ꝑpue mirrā ⁊ croci cuꝫ aqua mell' aut rob aut cū iacur. ſi neceſſitas expetit. Et ſi neceſſaria eſt vētris ſolutio fiat illō cū pillulis cochiis aut cū iera diacoloq̄ntide. ⁊ ſi p⁹ illō adhuc fortiore idiget medicamīe. da ex his pillulis. ℞. ſtoracis liq̄de mirre thuris maſculi opij croci ſucci liquiritie. ana fiant pillule ſicut cicer. Doſis a. ʒ. iij. vſqꝫ ad. iiij. ⁊ ſummat ex eis i nocte. Cū āt q̄ aggregatū ē in pectore iā maturat̄ ⁊ expuit̄. da decoctionē iſopi maiorē ⁊ alia q̄ dicem⁹ in tuſſi a materia groſſa ⁊ humida. Si āt catarrus cuꝫ his non ſiſtitur ⁊ tuſſis ſupfluit oꝫ vt dem⁹ aliqua ex ſtupefactiētib⁹ ⁊ catarri vehem. tiā ſedātib⁹ ex his q̄ dicemus Si āt hec nō ſufficiūt. tūc oꝫ vt radatur caput ⁊ fricetur i loco zuēdeg i balneo cū pāno mlte aſpitatiſ donec loc⁹ rubeat ⁊ ſi nō ſufficit lineat̄ i eodē loco cū emplaſtro ex ſinapi ꝯtrita ⁊ decoctōe ficuū ⁊ dimittat̄ dōec veſicet̄ loc⁹ Deinde aperiantur veſice ⁊ non conſolidentur tempore extenſo ⁊ ſi adhuc non cōtulerit cauterizetur ſuper zuendeg ⁊ teneatur cauterium longo tempore apertum. Hec āt tuſſiſ curāda ē exq̄ſite cū mlta ſolicitudīe. ꝑduē n. ad ptiſiꝫ plerūqꝫ. ¶ Medicīe fri. ad tuſſiꝫ catarralē.

¶ Mahemet araſi. Confectio ſirupi de papauere mirabilis ad tuſſim ex catarro calido ⁊ ptiſim. ℞. papa

ueris albi ⁊ ngri añ. ʒ. c. ſeminis lactuce. ʒ. cc. ſemis iuſq-
ami albi. ʒ. xxx. coquant̄ in aque lib. viii. vſqȝ ad lib. ii.
Deinde cola ⁊ pzuce ſup ipſuȝ mucilaginis pſilii lib.
ſ. rob. lib. i. coquātur donec inſpiſſentur ⁊ adminiſtrēt̄.
Idem confectio trociſcozum de papauere conferens
vt ſupꝛa. ℞. papaueris albi. ʒ. xxx. ſeminis cucurbite ci-
truli iuſquiami albi añ. ʒ. xx. aili dragagāti gummi ara
bici añ. ʒ. xv. Confice cum mucilagine pſilii Doſis. ʒ.
iii. cū ſirᵒ ꝺ papa. aut cū aq̄ ozdei ſt. ii. cū ad tuſſiȝ calidā
catarralem cuȝ q̄ eſt ſputū ſubtile citrinū bonū expꝛtum.
Idem. Confectio pillularum de papauere ad tuſſiȝ
ſiccam que infeſtat in nocte ⁊ ad catarruȝ calidū. ℞. opij
amili gummi arabici ſucci liquiritie añ. partem. i. papa-
ueris ptes. ij. Fiāt pillule ſicut cicer. ⁊ da ex eiſ a. iij. vſqȝ
ad. iiii. in ſero cōuenit etiaȝ pueris qui vomunt ⁊ non
poſſunt dozmire propter tuſſiȝ. De iacur ⁊ de diaco
dion dictum eſt in grabadin noſtro. Diapapauer ex
inuētione noſtra ꝯferens cum auxilio dei tuſſi catarrali
noue ⁊ mlti tempozis ⁊ maturat egritudines pectozis ⁊
eſt mirabilis. ℞. papaueris. ʒ. 30. liquiritie dragagāti pe
nidiarum añ. ʒ. 30. gummi arabici ſucci liquiritie farine
fabarum fenicli aniſi ſeminis lactuce amili ſeminis poz-
tulace malue añ. ʒ. x. ſeminum cucumeris melonis cucur
bite añ. ʒ. v. Confice cū melle colato aut cum penidiis ⁊
melle añ. quātum ſufficit. Doſis eſt aur. ii.
Sirupus de papauere ex inuentione noſtra confert
catarro ⁊ tuſſi ab eo. ⁊ propꝛie cum caliditate ⁊ aſperita-
te. Expertum. ℞. papaueris albi. ʒ. 30. papaueris nigri. ʒ.
x. ſeminum malue gummi arabici dragaganti ſeminum
citruli ⁊ citoniozum ana. ʒ. v. liqritie. ʒ. xv. pſilii. ʒ. vi. om
nia pꝛeter pſilium contunde ⁊ pone ſupꝛa ea aque lib. vi
⁊ dimitte die ac nocte ⁊ fac bulire vſqȝ dū redeat ad lib.
iii. deinde cola ⁊ pone in eo hueg lib. i. penidiarum lbr.
ſ. Coque lento igne vſqȝ ad mellis ſpiſſitudinem. Da
bonum ſi deus voluerit Hamec filius zacharie.
Sirupus de papauere confert tuſſi ⁊ catarro. ℞. papa-
ueris albi cum cozticibus ſuis. ʒ. xxx. papaueris ni. dra-
gaganti gummi arabici añ. ʒ. x. liquiritie ſeminis malue
añ. ʒ. xv. ſebeſten. xxx. Contunde omnia ⁊ fac coqui cū a
que lib. v. vſqȝ ad lib. ii. deinde cum meibutheg ⁊ zucha
ri ana. ℥. viij. fiat ſirupus bonus ſi deus voluerit.
Idē. Diapapauer cuius iuuamentuȝ eſt ſublime ad
tuſſiȝ catarraleȝ cū calitate ⁊ aſperitate ⁊ fit ⁊ ad raucedi
neȝ vocis ⁊ ad pleureſiȝ. ℞. papaueris albi penidiarum
ana. ʒ. xxxv. ſucci liquiritie gummi arabici dragagāti añ.
ʒ. x. amigdalarum dulcium. ʒ. viii. amili. ſeminis citonio
rum ſeminis poztulace ana. ʒ. v. ſeminis cucumeris citru
li melonis ⁊ cucurbite lactuce ⁊ malue añ. ʒ. iiij. Tem-
pera cuȝ ſirupo violato. Doſis eiᵘ ab aur. iij. vſqȝ ad. ℥.
ſ. cum aqua ozdei decoctionis iniubarum ⁊ ſebſten. Et
ſi habent vigiliaſ cum eo quod mulgetur ex papaueris
ſemine cum coztice ſuo.
Medicie ad tuſſim catarraleȝ frigidaȝ.
Hamec araſi. Confectio pillilularum de ſtozace ad
tuſſim catarraleȝ abſqȝ caliditate que inquietat in nocte
⁊ inducit vigilas. ℞. ſtozacis liquide albe olibani mir-
re ſucci liquiritie opij ana partes equales. Fiant pillule
ſicut cicer. Doſis eius eſt. ii. aut. iij.
Sabor Girges Confectio pillularum quarum iu-
uamentum eſt vltimum ad tuſſim catarralem ⁊ ptiſim.

℞. ſtozacis mirre croci opij olibani caſtozei yreos pine-
ax purgatax añ. Cōfice cū galbāo ⁊ ſtozace diſſolutis cū
pauco mellis bis vel ter. Da. ij. vel. iij. in ebdomoda.
Galienus Confectio trociſcozum ad tuſſim catarra
lem qui tenentur ſub lingua ⁊ ſiſtunt catarrum ⁊ ſedant
tuſſim. ⁊ conferunt ptiſi. ℞. medicais trociſcati quod ha
buimus ab andromaco pinearum purgatarum añ aur.
v. amili gummi arabici dragaganti papaueris albi ana
aur. ii. Fac formas ſimiles lupinis ⁊ da in ſero tenendaſ
ſub lingua. Alexander dixit canonem quem preteri-
re non iubeo. Et enim ante curabis catarrum quaȝ egri
tudines catarrales niſi in duobus caſibus ſcilicet cum ti
mueris ne pꝛefocetur ⁊ ſuccurres tunc cum vomitu. Et
cum timueris aduentum apatis in parte nobili ⁊ pꝛeue
nies cuȝ flebothomia. Et dico quod narcotica poſtquā
ex catarro in pectoze ⁊ pl̄mone plenitudo acciderit dare
ſuſpectum eſt. Dabis igitur ante plenitudinem
Poſt vero plenitudinem euacuabis prius. Deinde
ſecurius dabis ſi iſta dari opoztet.
Alexander. Confectio pillularum ad tuſſim catara-
lem ⁊ eſt ex medicinis benedictis ⁊ eſt ex ſecretis artis ⁊
confert ad omnes egritudines catarrales ⁊ vocantur pil
lule alkayber ⁊ dicte ſunt in capitulo de catarro.
Idem confectio alia pillularum experta ad tuſſim ⁊
ad alias egritudines catarralas. ℞. ſtozacis mirr̄ opij an.
Fac pillulas cum melle diſpumato.
Alie ſecunduȝ eundem modū mirre opii galbani añ
Fac vt prius. Iſaac eben amaran. Pille ſedantes
tuſſim antiquā ⁊ nouā. ℞. ſtozacis caſtozei opii granoꝝ
pini. añ ptē. i. croci ptis. iᵒ. tertiam confice cum rob.
Iohannes filius ſerapionis. Cum tuſſis ſicca ⁊ aſpe
ra cum caliditate fuerit ⁊ rubore ⁊ apparuerit ſanguinis
plenitudo ſicut diximus in aſmate a ſimili cauſa facto
facies. ſ. ut flebothomes adminiſtrādo deinceps aquam
ozdei cū ſebeſten cum ſirupo violato aut miroba de vio
lis ⁊ inungimus pectus cum ceroto Galieni imbibito
in mucilagine pſilii aut ex cera ⁊ oleo violato ſilr̄ imbibi
tis. Et ſi eſt neceſſe māȝ ſepultam i pectoze educer̄ da
bis miroba. predictū cum decoctione iſopi ⁊ dabis ſpeci
es loch ex mucilaginibus pſilii ⁊ citoniozum cum gum
mis ⁊ medullis ex his que dicemus. Cibabis auteȝ eos
ex ſozbitionibus ⁊ propꝛie cum farina fabarum ⁊ penidi
is ⁊ oleo amigdalino dulci aut ex ozdeo cōfracto. Et qñ
qȝ miſcemus propter vigilias illud quod mulgetur a ſe
mine papaueris albi ⁊ aqua ozdei damus etiam ſozbiti
ones ex tritico confracto cum zucharo nec non ⁊ iuſ
cula ex artriplice ꝑ maluis ⁊ qu nd ꝙ miſcemus pul
los ⁊ pedes edozum ⁊ capita ⁊ aues minutas teneraſ cuȝ
eis aut vitella ouozum diei ſui ⁊ cucurbita. eſt bonus
cibus eis ⁊ medulle frigide ſicut citrullus cucumer. Et
ſimiliter bleta ⁊ poztulaca cum amigdalis. Bibant aūt
aq̄ ozdei aut aquā frigidā vl̄ iuleb. cū maturatiōis ſigna
apparuerit ⁊ ſputū iā incipit ipiguari dādū ea q̄ facilitāt
ipȝ ad exereādū ſic ꝺcoctō iſopi frigida ꝓpe ⁊ electua-
ria q̄ lābūt̄ ⁊ ſilia Cōfectio loch q̄ ſūt̄ i hōa hac. ℞.
paſſulaꝝ enucleataꝝ picaꝝ fiſticoꝝ amigdalaꝝ dulci cū
ſeminū citruli melōiſ ⁊ cucurbite draga. gūmi ara. papa
ueris albi ſucci liqritie poztulace zuchari tabarzet ⁊ pe-
nidiarum ana. Fac formas ſimiles lupinis ⁊ teneat ſub
ligua vnā ex eis Pectus autem ex maturatius iungat̄

¶ Si autem corpus mundificatione indiget. fiat iſtud
cum trociſ. de viol. ʒ. iij. pulpe caſſie fiſtule. ℥. i. zuchari
violati ⁊ terraniabin añ aur. v. diſſolutis cum decoctiõe
iſopi frigida. ¶ Johannes ſapionis loch conferẽs tuſ-
ſi facte ex caliditate ⁊ ſiccitate ⁊ aſperitate multa ⁊ eſt me
dicamen bonum. ℞. amigdalarum dulcium excortica-
tarum. ʒ. xij. ſeminũ malue altee ana. ʒ. x. ſeminum citrul
lorum mundatorum. ʒ. x. gummi arabici dragaganti a-
mili granorum citoniorũ ſucci liquiricie granorum pi
ni añ. ʒ. viij. penidiarum ſabari. ℥. i. terantur omnia cõ-
tritione bona ⁊ miſceantur cuꝫ ſirupo. cuius hec eſt per
mixtio. ℞. paſſularum dulciuꝫ radicum liquiritie ſebe-
ſten iniubarum añ partes equales. decoque in aqua do
nec inſpiſſentur deinde cola ⁊ proiice in eam rob. quan-
tum ſufficit deinde coagulentur cũ ea medicine ⁊ da cũ
ſorbitionibus ex aqua ſurfuris ⁊ ordei cum faria fabaꝝ
cum penidijs ⁊ oleo amigdalino dulci ⁊ bibat ſuper ip-
ſum aquam ordei. ¶ Idem aliud valens ſimiliter. ℞.
pſili granoruꝫ citonioꝝ añ. ʒ. v. ſeminis papaueris albi. ʒ
x. ſebeſten. L. iniube. 30. radicis liquiricie. ʒ. vii. keſmes
ʒ. xv. caſſie fiſtule mundate. ℥. i. decoque in aqua lib. viii
donec impinguentur deinde cola ⁊ proiice ſuper ea rob.
lib. ii. zuchari ſaleimeni ſirupi violati penidiarum añ. ℥
vi. farine fabarum. ʒ. iii. dragaganti gummi arabici ana
aur. iiii. decoquantur vſque dum tranſeant in eſſetiam
mellis. Deinde. ℞. ſeminis cucurbite melõis cucume
ris citrulli. añ. aur. ii. papaueris albi aur. iii. aniſi feniculi
añ aur. i. confice ⁊ conſerua in vaſe vitreo. Doſis eius ẽ
ab aur. ij. vſqꝫ ad. iii. teneat paruꝫ ſub lingua. deinde bi
bat aquam ordei eſt enim medicamen benedictum.

¶ Confectio formarum ſimilium lupinis conferentiũ
tuſſi ⁊ aſperitati. et eſt ex inuentione noſtra. ℞. dragagã
ti gummi arabici ſeminis malue ſeminum cucumeris ⁊
citrulorum amigdalarum dulcium farine fabarum añ.
ʒ. iij. ſeminis portulace amili añ. ʒ. ij. fac formas cum mu
cilagine pſilij. Et ſi vigilias patitur adde ſeminum lac-
tuce papaueris añ. ʒ. iij. ¶ Filius zacharie araſi. confec-
tio pillularum conferentium tuſſi calide ⁊ ſiccitate ⁊ au-
ferunt eaꝫ. ℞. ſucci liquiritie amili dragagãti gũmi ara
bici amigdalarũ excorticatarum añ. ʒ. i. zuchari tabarzet
ʒ. ii. cõfice cum mucilagine ⁊ ſeminuꝫ citoniorum ⁊ fiãt
inde predicte forme ⁊ teneat in ore die ac nocte.

¶ Idem pillule bichichie que conferunt ſimliter. ℞. ſu
ci liquiricie zuchari tabarzet añ. aur. vi. amili dragagan
ti amigdalarum dulcium añ. ʒ. iiij. confice cum mucila-
gine pſilij vel citoniorum. ¶ Idem confectio trociſcoꝝ
feſtinantium maturationeꝫ in tuſſi calida ⁊ pleureſi fa-
cilitantiũ ſputum. ℞. ſucci liquiritie violarum añ. ʒ. v. a
mili dragaganti ſeminum altee fenicu'i añ. ʒ. i. ſ. confice
cum mucilagine pſilij ⁊ ſemine lini ⁊ ſemie citoniorum.
Da cum aqua ordei ⁊ ſirupo violato.

¶ Idem confectio alia trociſcorum ad tuſſim ſiccaꝫ cuꝫ
caliditate vehementi ⁊ ſiti. ℞. ſucci liquiritie violarum
añ. aur. ij. ſeminis citrulorum cucurbite teraniabim añ
aur. i. ſ. fac trociſcos cum mucilagine pſilij ⁊ ſeminuꝫ ci-
toniorũ Doſis aur. ij. cuꝫ aqua. ordei ⁊ ſirupo violato
¶ Filius zacharie. loch conferens tuſſi calide ⁊ matu-
rans eam ⁊ facilitans in ea ſputum. ℞. iniube. xx. ſebeſtẽ
xl. ficus. vi. liquiritie munde paſſularum enucleatarum
añ. ʒ. x. capillorum veneris. ʒ. v. aque lib. v. bulliant vſqꝫ
ad lib. i. deinde. ℞. penidiaruꝫ ⁊ rob. añ. ʒ. v. coquantur
cum facilitate vſqꝫ duꝫ ſit ſicut mel currẽs. ¶ Deinde
accipe ſeis lactuce cucumeris cucurbite portulace fabaꝝ
excorticatarum añ. ʒ. iij. gummi arabici dragagãti amili
papaueris albi amigdalarum dulciuꝫ añ aũr. i. confice
cum predictis doſ. ʒ. v. ¶ Idem confectio ſilis lupinis
conferẽs tuſſi caſe ⁊ abſciſſioni vocis ⁊ ſedat ſitim. ℞. ſe
minis cucumeris mundati. ʒ. vi. ſucci liquiritie. ʒ. vi. ſeiſ
portulace aũr. i. aggrega eam poſt bonam contritionem
cum albumine oui ¶ Fiant inde predicte forme ⁊ teneãt
quotidie ſub lingua. Sabor confectio pillularum confe
rentium tuſſi. ℞. dragaganti gummi arabici ſeminum
cucumeris papaueris al. portulace amili croci zucari vl
penidij ana. confice cum rob ⁊ teneat quotidie ſub lin
gua. eſt enim expertum: ſi deus voluerit.

¶ Sabor rex: medicamen mirabile conferens tuſſi ca
lide antique ⁊ egritudinibus pectoris a caliditate ⁊ ſici
tate expertũ. ℞ mucilaginis pſilii extracte ſecũdum ſciẽ
tiã. lib. iij. rob. penidiaꝝ zuchari ſalei mẽi ana. lib. i. ſ. co
que lento igne uſque ad mellis ſpiſſitudinem auferẽdo
continue ſpumam eius deinde. ℞. ſeminum cucumerũ
melonum citrulorum cucurbitarum mundatarum. ana
ʒ. x. amili amigdalarum dulcium granorum pinee ma-
ioris ana. ʒ. xv. gummi arabici dragaganti albi ſeminis
lini aſſi ana. ʒ. viij. ſeminium citoniorum mundatorum
ʒ. iij. croci. ʒ. j. aniſi. ʒ. iij. opij. aure. j. ſeminis lactuce. ʒ. x.
tere ⁊ pulueriza ⁊ pone ſuper medicamine. Et ſi nõ po
teſt dormire adde cũ predictis ſeminis papaueris. ʒ. xx.
iuſquiami. ʒ. x. reconde in vaſe vitreo doſis eius eſt. ʒ.
iij. vel. iiij. teneat ſub lingua ⁊ glutinat ſaliuam eius. eſt
enim medicamen benedictum.

¶ Sirupus de iſopo ex inuẽtione noſtra conferens cũ
auxilio dei tuſſi calide difficili ⁊ confert ptiſi ⁊ dolori la
terum. ℞. liquiritie radicum feniculi vel ſeminum eius
ana. ʒ. x. iſopi capilloꝝ ve. ana. ʒ. v. ficuſ pingues. vij. pru
na. x. iniubas. xx. paſſulaꝝ enucleatarum. ʒ. xxx. ſebeſtẽ.
c. decoque cũ aque lib. v. vſque ad. lib. ij. da tepide. ℥. j.
cũ. ʒ. vj. zuchari roſati uel uiolati. Et ſi uiꝫ accipe huius
aque lib. ij. ⁊ pone ſuper eam penidiarum ſabari zucha
ri meibutheg. ſirupi violati ana. lib. ſ. dragagãti. ℥. iii.
eſt enim valde bonum tuſſi ſicce vel ptiſi ⁊ ſiccitati pecto
ris ⁊ aſperitati: da cũ aqua cucurbite aſſe vel citruli.

¶ Aliud valens ſimiliter. ℞. predicte decoctionis. lib.
ii. ⁊ pone ſuper ea penidiaꝝ. lib. i. olei amigdalarum dul
ciũ. ℥. iii. granorum alben excorticatorum. lib. ſ. fac de-
coqui ⁊ accipe uiolaruꝫ ſiccarum tritarum ⁊ cribelataꝝ
dragaganti ana. ℥. i. gummi arabici. ℥. ſ. pone in vaſe vi
treo. Doſis eius eſt ſicut galla bonum ⁊ expertum.

¶ Sirupus alius de iſopo ad tuſſim ⁊ aſma ex aſperita
te pectoris. ℞. iſopi capilli veneris ana. ʒ. xvi. violarum
papaueris albi ordei mundi ſeminis malue ana. ʒ. x. ſe-
minium citoniorum lactucaruꝫ cucumeris ana. ʒ. v. paſ
ſularum enucleatarum. ʒ. x. ficus. x. iniubas ſebeſteꝫ ana
xl cũ zuchari. lib. ii. fiat ſirupus.

¶ Sirupus alius de iſopo ad tuſſim ⁊ aſma ex aſperita
te cũ caliditate. ℞. liquiritie. ʒ. xxx. ſeminis malue cucu-
meris ordei mundi dragaganti ſeminis citrulorum ana
ʒ. iii. maratri apii capillorum ve. iſopi ana. ʒ. x. ſeminis ci
toniorum malue aniſi ana. ʒ. v. iniube ſebeſten. ana. xl. fi
cuum pinguium albarum. x. paſſularum enucleatarum

ʒ.x.zucari.lib.ij.fiat ſirupus. ¶ Diaſcorides dixit ꝙ
fructus algipurſantiqu⁹ aſſus igni.deinde comeſtus i ſe
ro cuꝫ melle confert tuſſi difficili ⁊ laborioſe.⁊ dixerunt
quidam ex poſteriorib⁹ ꝙ ſi īfigātur ī eo tria grana thu-
ris ita ꝙ ſepeliātur ī ipſo:⁊ deīde aſſetur ⁊ cōedat ī ſero
cū melle ꝯfert mirabilr̄. ¶ Seruet tamē illo ſero ſine ce
na ⁊ eſt expertum.

¶ De tuſſi humida.

Alia autē tuſſis humida pōit cōplexionalis
alia materialis. Materialis quidem ē ſecū
dū alterꝫ duorꝫ modorꝫ: aut cū caliditate: aut
cū frigiditate: ⁊ huic quidē cū caliditate cura
ē tres res. Prima ē adequatio cauſe eius. Secūda ē ſb
tractio ipſius cū ſubtractiōe cōmuni. Tertia ē eductio
ipſius eductiōe ꝓpria. ¶ Primā igit̄ rē cōplēt cōmēſu-
rare regimi eius ſex res quēadmodū ī caplō de aſmate
dictū eſt ⁊ p⁹ illud adminiſtrar̄ ex medicāinib⁹ q̄ ipſius
materiā digerūt ſicē decoctio capillorꝫ veneris ꝓprie ⁊
ſirup⁹ ex eis ⁊ ſirup⁹ ex iuiub.⁊ d̄coctio ſebeſtē ī aqua or
dei ⁊ decoctio iſopi facta cū papauere albo ⁊ fabis excor
ticatis ⁊ ordeo cū zucharo roſato aut violato ⁊ ſimilia.

¶ Secūdā vͦ rē cōplēt euacuatiōes facte cū iteratione
⁊ facte de quarto in quartū diē ex caſiafiſtula ⁊ terania-
bim ⁊ muroba de violis cū decoctiōe iſopi frigida ⁊ quā
doqꝫ addim⁹ ei quod ē ſicut trociſci de violis ⁊ ſimilia.⁊
dam⁹ iter ſolutiuū ⁊ ſolutiuū ex moderate vomere faciē
tib⁹: ſicē raphan⁹ aſſ⁹ cū oximelle aut ſirupo accetoſo d̄
radicibus: aut radices aſſas ⁊ oximel ⁊ ſimilia. ⁊ ſi corp⁹
ē plenū ⁊ fa ies pulchra cū abūdātia ſāguinis phleboto
mam⁹ ex baſilica: ⁊ quādoqꝫ cū phlōia remouēte mate
riam. ¶ Tertiā rē cōplēt adminiſtratiōes medicaminū
plenitudinē pectoris ⁊ pulmōis ꝑ ſcreatū educētiū: ſicut
loch de pio ⁊ ꝓprie loch de fabis: ⁊ loch de iſopo ⁊ ſiru-
pus de iſopo ⁊ confectio de oropo ⁊ ſimilia. ¶ Humi-
de vero ⁊ frigide tuſſis cura ē quinque res. Et prima q
dē eſt digeſtio ⁊ maturatio cauſe eius. Secūda ē ſubtrac
tio ei⁹ ſbtractiōe cōi. Tertia ē eductio ei⁹ eductiōe ꝓpa
Quarta ē exiccatio reſidui ſuperflui humidi eius. Qui
ta corrigit accidētia. ¶ Prima quidē res perficitur cuꝫ
adminiſtratione medicaminuꝫ ſicut in capitulo de aſma
te diximus. ¶ Secundam rem complent euacuatiōes
facte cum eo quod eſt ſicut pillule cochie ⁊ iera diacolo-
quintide: ⁊ pillule de agarico quas diximus in capitulo
de aſmate ⁊ proprie cum iteratione ⁊ iteratione ⁊ cum in
terpollatione adminiſtrationis rei vomice.⁊ ſi oporꝫ vt
deueniatur ad adminiſtrationem ſolutiuorum etiam.ſi-
cut in capitulo de aſmate diximus. ¶ Tertiam rem cō-
plēt adminiſtrationes medicinarum materiam educen-
tium a pectore quas in capitulo de aſmate diximus ⁊ d̄
inceps oſtendimus. ¶ Quartam rem complent admi-
niſtrationes medicaminū materiam diſſoluētiuꝫ ⁊ reſol
uentiū ⁊ ꝯſumētiū h⁹ ī quidē medicamina ꝯſueuerūt me
dici exiccatiua vocare que adminiſtranda ſunt poſtꝙ ad
miniſtrationes mundificantiuꝫ coīuꝫ ⁊ propriorꝫ cuꝫ ite
rationibus precesſerunt conuenientibus vt exiccetur re
ſiduum rei. Adminiſtrare auteꝫ ea in pricipio ⁊ ꝓſocare
⁊ ponere egrum ad morteꝫ. Adminiſtratio āt huiuſmo
di eſt ſecundū duos modos.ſ.aut lambendo aut bibēdo
aut vaporando ⁊ nos plenā faciemus narrationeꝫ ex his
⁊ huius quidē ſumme eſt lambere ex mirra. ʒ.i.cuꝫ mel

le.facilitat enim anhelitum ⁊ cōſumit humiditatē. Hu-
ius etiam intentionis eſt ſtorax ⁊ oppoponacū ⁊ proprie
cum ouis aut melle aut ſerapino factis ex eis pillis cum
aqua rute aut glutten albotiꝫ cum melle aut alkitran cū
melle aut ſulfur cum ouis ſorbilibus.aut arſenicuꝫ ſimi
liter cuꝫ ouis aut cum grano pini.⁊ ſimilia. ¶ Ex vapo
rationibus autem ad tuſſim antiquam arſenicum citri-
num cum ariſtologie rotunde partibus equalibus confi
ce cum butiro vaccino ⁊ fac formas ſimiles auellanis ⁊ fi
at ſuffimigium per embotum in ieiunio.dicitur enim ꝙ
ſtatim liberat. ¶ Vapor alius. ℞.arſenici citrini ſterco
ris leporis farine ordei corticuꝫ fiſtici ana fac formas cū
vitello oui ⁊ ſuffumigetur cū eis tribus vicibus.

¶ Alius. ℞.ariſtologie rotunde ſtoracis galbāi ana ar
ſenici ad pondus omniuꝫ aggrega cum butiro vacino ⁊
vtere. ¶ Alius. ℞.ſtoracis mirre thuris agiſtologie aā
arſenici pond⁹ oīuꝫ aggrega cum butiro vacino: ⁊ vter̄
Alius. ℞.ſtoracis: myrrhe turis ariſtologie ana arſeni
ci pondus omnium aggrega cum butyro vacino fiat ſuf
migatio omni die bis vel ter ⁊ bibat ſuper ipſum aquam
cum butiro ouino. ¶ Plura huius intentionis ſcripta
ſunt in capitulo de aſmate canone vltimo.

¶ Quintaꝫ reꝫ complent adminiſtrationes medicami
num cōfortantium pect⁹ ⁊ pulmonem aut elargantiuꝫ
⁊ ſi vigilie adſunt cū ſedatione tuſſis ⁊ ſomnum inducē
tiuꝫ. Sūma aūt medicinarū ſedātium tuſſim cū confor
tatione pectoris ⁊ pulmonis eſt hec.rob aut ſirupus fac-
tus ex ſucco granorum mirti cōpletorum eſt ad illud mi
rabilis ⁊ hoc in tuſſi calida. Sed ī frigida quidē cū mir-
ra.⁊ croco modico. Pulmonis aūt vulpis ſicci iuuamē
ē ſublime ī calida ⁊ frigida. In calā aūt aur̄.i.ex eo cū ſi-
rupo mirtio. In frigida vero cū melle ⁊ aq̄ calida.

¶ Huius autē intentiōis eſt crocus cuꝫ ſirupo mirtio
aut cū ſirupo de iſopo. ⁊ ſilr̄ ſandaraca cū melle ⁊ nux ci
preſſi cū vino ⁊ melle ⁊ grana pini.ſūt ex rebus magnis
in hac pte. ¶ Ex medicinis aūt magnis q̄ ſedāt ſitim .⁊
pectus ꝯfortant tiriaca ⁊ mitridatū ⁊ diamuſcus dulcis
⁊ amarus ⁊ athanaſia magna ⁊ parua ⁊ diamarte.⁊ con
fectio mirabilis Rabit regis quā ſcribem⁹ ⁊ ſimilia.

¶ Summa āt medicinarum pectus elargantiū ſcripta
ē ī caplō d̄ aſmate. ¶ Sūma āt mediciaꝝ tuſſiꝫ ſedantiū
⁊ corrigētiū ſupfluitates vigiliarum: dr̄ qn̄ de medicinis
ſtupefacientibus ſermonē faciem⁹: ſi de⁹ voluerit ¶ Aſ
ferātur ad hūc locū plura que ſcripta ſunt in capitulo de
aſmate humido ſiue calido ſiue frigido ⁊ proprie medici
na ꝙ ſcripſit filius zacharie. ¶ Fili⁹ humaiꝫ. Modus
decoctiōis de capillis veneris cōferens tuſſi humide cū
calore. ℞.capillorꝫ veneris nō vltime recētiuꝫ.℥.i.iſopi
ſicce fabaꝝ excorticataꝝ ſeminis feniculi aniſi ſcīnū lactu
carum portulace papaueris albi amigdalarum dulciū ⁊
amaraꝝ ordei excorticati ana.ʒ.v.ſeminis melōis cucur
bite granorum mirti ana.ʒ.iij.gūmi arabici aſſi.ʒ.ij.paſ
ſularuꝫ enucleataꝝ.ʒ.xv.dactilos pingues.v.ficus ſiccas
v.iuiubas.xxx.decoquantur ī aqua lib.iiij.vſqꝫ ad lib.i.
ſ.⁊ da omni mane.℥.iij cum zucharo roſato aut violato
⁊ ſi volueris accipe ex hac d̄coctione.lib.ij.⁊ cū meibueg
⁊ zuchari.℥.x.fiat ſirupus. Doſis eius eſt.℥.i. ¶ Fili⁹
amaran ſirupus de iſopo conferens tuſſi humide cuꝫ fri
giditate. ℞.iſopi ſicce.ʒ.v.capillorꝫ veneris liquiritie aā
ʒ.vj.corticum radicum apij feniculi ⁊ ſeminis aniſi aā.ʒ.

v.foliorum praſſij.ʒ.iij.paſſulaꝝ enucleatarum.℥.i.iuiubarum.xx.ireos fenugreci ana.ʒ.ii.ſ.ſeminis malue ⁊ biſmalue ana.ʒ.ii.ficuũ pinguiũ.vi.numero dactiloꝝ v.foliorum calamenti aur̃.i.decoquantur in aqua lib.v. vſqꝫ ad lib.i.ſ.cũ melle ⁊ meibueg ana.lib.ſ.fiat ſirupꝰ doſ.℥.i. ¶ Idem loch.conferẽs tuſſi ⁊ egritudinibꝰ pectoris pulmonis:⁊ eſt expertũ. ℞.farie fabarũ liquiritie mũdate thuris maſculi gũmi albotiꝫ amigdalaꝝ dulciũ ⁊ amararum ana.ʒ.x.ſeminis feniculi aneſi croci ſuci liquiritie:dragagãti albi ſeminis citonioꝝ mũdatoꝝ papaueris albi.ana.ʒ.vii.calamẽti praſſii ana.ʒ.x.opii.ʒ.iii.tere ⁊ cerne ⁊ adde eis penidie.ʒ.xxx.deide cõfice cũ melle colato.ʒ.cl. ⁊ cõtũde in mortario ⁊ ſit doſis.ʒ.ii.in mãe cũ decoctione iſopi ⁊ in ſero teneat ex eo ſub lingua.

¶ Democritus.modus confectionis ad tuſſiꝫ humidã cũ frigiditate. ℞.calamẽti flũal.ʒ.v.granoꝝ pini.ʒ.vi. ſeminis vrtice yreos ana aur̃.i.piperis nigri ſeminis lini ana aur̃ .ii.confice cum melle ⁊ keſmes .⁊ ſit doſis ab aur̃.i.vſque ad.ii.cũ decoctione iſopi. ¶ Idẽ loch bonũ ⁊ expertuꝫ cõferẽs ad ideꝫ. ℞.mellis boni.℥.iii. viteloꝝ ouorũ recẽtiũ ⁊ butiri ana.℥.iii.mel ⁊ butirũ decoquantur vſque dũ habeãt modicuꝫ ſpiſſitudinis.deĩ dimittatur modicuꝫ infrigidari ⁊ miſce cuꝫ eis vitella ouoꝝ cõmixtiõe bona.deinde miſce cuꝫ eis piperis nigri puluerizati.ʒ.xii.⁊ ſumatur ex eo lãbẽdo mane ⁊ ſero.eſt enĩ expertum. ¶ Paulus.pillule que tenentur in ore cõferunt ad tuſſiꝫ frigidã ſicam ⁊ ſũt experte. ℞.mirre croci granorum pini granorũ coti excorticatorum feniculi aneſi amigdalarum dulcium ⁊ amararuꝫ papaueris:albi ſuci liquiritie.ana confice cum penidiarum partibus. iii.⁊ ſuco feniculi humidi. ¶ Mamec filius zacharie.confectio conferens tuſſi antique ⁊ frigide ⁊ ventoſe. ℞.penidiarum.ʒ.xx.praſſii capilli veneris iſopi feniculi aniſi añ aur̃.iii.croci calamenti zinziberis ana.aur̃.ii.ſuci liquiritie pinearum purgatarum ⁊ amigdalarum dulcium añ ℥.i.confice cum melle diſpumato quãtũ ſufficit da. ʒ.iii.

¶ Mamec araſi.ſirupus de praſſio confert tuſſi de flegmate groſſo ⁊ ventoſitate. ℞.praſſii.ʒ. xl.liquiritie iſopi calamĩti capilli veneris añ.ʒ.xx.radicũ fenicli apii añ.ʒ.x. amigdalaꝝ mũdataꝝ pineaꝝ purgataꝝ fẽugreci ſeminis feniculi ana.ʒ.v.maſticis darſeni zinziberis ana.ʒ.ii.paſſularum enucleataruꝫ.ʒ.100.iuiube ſebeſten ana.c.aque calide lib.xxiiii.dimitte die ac nocte.deinde decoqꝫ vſque duꝫ reddat ad lib.x.deinde adde mellis ⁊ rob ⁊ penidiaꝝ ana lib.ii.deinde ſuſpende cũ medicamine croci ʒ.i. Doſis earum ab.℥.i.vſqꝫ ad.ii

¶ Idem loch conferens vt ipſum. ℞.liquiritie amigdalarum dulciuꝫ ⁊ amaraꝝ ſeminis lini aſſi.ana.ʒ.iii.ſeminis fenicu.farine fabaruꝫ ⁊ pinearuꝫ mundataruꝫ añ. ʒ. i.ſ.penidiarum.℥.ii. Confice cũ rob.⁊ fiant farine ſimiles lupinis.⁊ teneat ſub lingua.

¶ Sabor confectio loch de aleis que confert tuſſi flegmatice ⁊ maturat materiaꝫ eius bonũ ⁊ expertũ. ℞ alleorum mundatoruꝫ lib.ſ.⁊ elixa ea in aqua decoctionis ciceruꝫ ⁊ iſopi ſice vſqꝫ duꝫ ſit bene diſcocta.deinde colentur ⁊ terantur alea ſicut medulla ⁊ proiice ſuper ea mellis ⁊ butiri ana.ʒ.vi.⁊ decoquãtur lento igne vſqꝫ ad terminum loch ⁊ vtere bonum eſt.

¶ Idem. ℞.ſuci caulium lib.v.lẽto igne coque auferẽdo ſpumam eius vſque dum redeat ad.lib.ii. Deide coquatur cũ rob ⁊ mellis lib.i.vſqꝫ dum ingroſſetur ⁊ bonum eſt. ¶ Idem. Loch de ſquilla expertum ⁊ efficax i tuſſi humida.educit enĩ ex pectore materias eius. ℞ ſuci ſquille ⁊ mellis ana coquantur vſqꝫ dum ingroſſetur

¶ Idem confectio medicaminis ad tuſſiꝫ humidaꝫ cuꝫ frigiditate. ℞.ſpice croci ana.ʒ.i.iſopi ſice praſſii añ.ʒ.iii. mirre ireos ana.ʒ.ii.farine orobi.ʒ.vii.piperis.ʒ.i. ſ.keſmes ⁊ carnium dactilorum ficuum pinguium ⁊ pinearũ mundatarum ana.ʒ.vi. Confice cũ loch de caulibꝰ. Verum ⁊ expertuꝫ. ¶ Confectio medicaminis ex inuentione noſtra. Sirupꝰ valẽs aſmati ⁊ tuſſi ⁊ maturat eas.⁊ confert vlceribus renum ⁊ veſice.⁊ eſt medicamẽ bonuꝫ ℞.ficus albas ⁊ pingues. L.iuiubas.c. Decoque i aq lib.v.vſqꝫ ad.iii.⁊ cum rob lib.ſ.zuchari lib.i.fiat ſirupꝰ

¶ Sirupus alius. ℞.ficuuꝫ ſiccarum pinguium.℥.iii. iſopi ſicce capilloruꝫ veneris ana.℥ .i.rute praſſii liquiritie ana.ʒ.iiii. radicuꝫ maratri apii ana.ʒ.v.aniſi ſeminis malue ana.ʒ.ii.carnium iuiubarum.℥.ii.fiat ſirupus cuꝫ melle ⁊ rob ana lib.i. ¶ Alexander. Electuarium mũdificans pectus ⁊ pulmonem ⁊ conferẽs tuſſi. ℞. granorum pinearum amigdalarum dulcium ana.ʒ.x.dactilorum pinguium.ʒ.xv pinguedinis ficuum ⁊ keſmes ana ℥.i.dragaganti albi ſeminis feniculi añ.ʒ.vi.ireos.ʒ.xv. Confice cuꝫ melle crudo. Doſis añ.ʒ.ii.vſqꝫ ad aur̃.i.

¶ Alexander. Ad tuſſim que inquietat in nocte ⁊ non ſinit dormire.⁊ ad tuſſim catarralem fiant pillule ex ſtorace mirra ⁊ opio.ana croci partis vnius quartam confice cum melle aut rob.in forma cicerum.⁊ da i ſero.ii.aut iii. Aut ex mirra opio ⁊ galbano ⁊ pauco croco. Aut ex ſtorace.℥.i.galbani ſulfuris ana.ʒ.viii.opii piperis ibentine ana.℥.ſ. ¶ Aut ex ſtoracis opii croci galbani granorum pini ana partes equales confice ⁊ vtere. Illa enim ſedant tuſſim antiquam ⁊ nocuam. ¶ Galienus.medicamẽ. qđ ponit Rabit rex ⁊ dicitur ꝙ eſt tante virtutis ꝙ nullum aliud ei equiparatur ad ſedationem tuſſis eſt enim mirabile. ℞.radicum oppoponaci.℥.i.ſ.ponatur oppoponaci.aur̃.v.caſtorei ſeminis lini aſſi ana aur̃.iii. ſeminis lactuce aur̃.v.foliorum rute ſiccorum mirre ana aur̃.iii.ſ.opii croci ana aur̃.ii .ſ.confice cum melle colato ⁊ da in ſero febricitantibus cum aqua calida.⁊ non febricitantibus cum vino. Et ſit doſis eius ſicut magnitudo fabe.eſt enim expertum bonum.

¶ Galienus ex libro decem tractatuum.confectio pillularum quarum iuuamentum eſt vltimum ad tuſſiꝫ antiquam humidam aut catarralem. ℞.caſtorei mirre maſticis liquiritie opii galbani aniſi feniculi enule:⁊ in alio raſen gentiane iſopi ſicce yreos dragaganti gummi arabici ana croci partis eius tertiam confice cum rob:da pꝰ menſes tres. ¶ Galienus ex eodem libro:confectio loch quod expertus ſũ ad tuſſiꝫ ⁊ ad aſma ex materia groſſa difficilis eradicationis. ℞ .liquiritie yreos ſtoracis liquide fiſticorum mundatorum amigdalarum dulciuꝫ ⁊ amararum granorum pini ana aur̃.iii. olibani glutim albotim gummi dragagãti agarici cinamomi ſeminis feniculi ana.ʒ.ii.ſ .aloes mirre ana.ʒ.iii.keſmes.℥.i.tere ⁊ ſicca ⁊ pulueriza medullas vero contere contritione vltima:aloe vo ⁊ mirra infunde i rob circiter.℥.ii.aut.iii.mellis colati:⁊ cere quantum ſufficit deinde diſſolue in eo ſtoracem confice contundendo in mortario cum ceteris

¶ Et ſit doſis eius a.ʒ.i.vſqꝫ ad aur̃.i.

¶ Inquit galienus: faciebā hanc medicinā precedere ſi
rupum alkeſmes ⁊ yſopi ⁊ decoctione eorū: ⁊ alia ex ma
turātib⁹ quorū forma ē apō te ⁊ hꝯ tēpore ꝯucīcti vt dige
rat ⁊ maturet mā. ¶ Galienus. trociſci cognominati aſ
ſemus ⁊ ſunt trociſci ſtelle: conferunt huic tuſſi iuuamē
tum ſublime ⁊ proprie dati cum rob. ¶ Et ſit doſis a
tertia. ʒ. vnius vſqꝫ ad. ʒ. ſ. ⁊ ſunt ex hominibus qui dāt
cum aqua ordei. ¶ Humain. confectio alba cui eſt iu-
uamentū ⁊ operatio vehemens ad tuſſim difficilem ⁊ an
tiquā ex materia groſſa ⁊ viſcoſa: ⁊ aperit opilationes
pectoris ⁊ pulmonis ⁊ mundificat ea ⁊ clarificat vocem
⁊ educit ſaniem ⁊ materias corruptas ex pectore: ⁊ cōfert
ptiſi. ℞. ſeminis lini aſſi paſſularum enucleatarum ana
ʒ. iii. amigdalarum dulcium ⁊ amararum granorum pi
nì ana. ℥. ii. auelanarum aſſarum yreos: glutis albotim
ana aur. ii. thuris maſculi croci mirre ana aur. i. fac ex eis
trociſcos cum lacte aſine ⁊ dimitte ſiccari deinde tere ⁊
confice cū melle ⁊ eſt doſis eius. ℥. i. mane ⁊ ſero teneat
ſub lingua. ¶ Archigenes. confectio que cognoſcitur
mirabilis conferens cum virtute dei ad ſputum ſangui
nis ⁊ ad tuſſiꝫ cronicam ⁊ antiquam ex materia putrida
ſanioſa ex vlcere ⁊ ptiſi. Mūdificat enim ⁊ abſtergit cū
virtute a materia groſſa ⁊ putrida ⁊ ſunt vſi hac medici
na prudētes: ⁊ cum ſit ex fortibus non ambigitur ſup ea
⁊ confert prefocationi matricis ⁊ paralyſi veſice ⁊ cōfert
fluxui ventris ⁊ pariodis febrium: ⁊ reſiſtit venenis cui⁹
permixtio hec eſt. ℞. caſtorei piperis longi ⁊ nigri ſtora
cis ſpice coſti galbani opii ana. ʒ. iiii. croci. ʒ. ii. confice cū
melle diſpūato quantum ſufficit. Doſis eius eſt ſicut
faba cū aqua mellis.

¶ De fluxu ſanguinis ab ore.

**Sanguis** exit⁹ ab
ore ē ſecū
dum vnū quattuor mo
dorum. aut. n. expuit tātū
⁊ ē ex parte oris. aut egre
ditur cū raſcatione: ⁊ eſt
aut a colatōio: aut a vu
la. aut a palato ⁊ ptib⁹
eorum. ¶ Et quādoqꝫ
egreditur cū vomitu: ⁊
ē aut a meri. aut a ſtōaco
aut ab epate aut a finib⁹
eorum. ¶ Et quandoqꝫ cū tuſſi ⁊ ē aut ex pectore: aut pl
mone: aut a canna: aut lacerto vocali: aut epigloti. ¶ Et
quidem qualiſcūqꝫ horum fuerit eſt ſecūdū vnū quat-
tuor modorum. Aut enī eſt ſecundum ſemitam redun
dationis ex aliquo. ſicut aut a venis aut arteriis ⁊ prope
quando accidit ebulitio i ſanguine: aut agitatio aut apo
ſtemate ſanguineo cuius materia eſt facilis reſolutionis
¶ Secundus eſt ſecundum ſemitam redundationis ſi-
cut accidit pluribus a retentione menſtruorum ⁊ cōſtric
tione emoroidarum: nō ſecūdū ſapientiam: ⁊ ſicut acci-
dit pluribus propter exuberantiam ſāguinis in toto.
¶ Tertius vero ē ex ruptura vene ⁊ aptione eius cum
vulnere aut ſine vulnere. ¶ Quartus ex vlcere ⁊ corro
ſione ſuper venam. ¶ Sanguinis āt qui expuitur dic
ta cura ē in capitulo de vulneribus ⁊ vlceribus oris ⁊ p-
tium eius. Cum vero egreditur cū raſcatiōe. cura dicta
eſt in caplo de fluxu ſanguinis narium ⁊ i caplo de vlce-
ribus vule ⁊ palati ⁊ in caplo de alcola ⁊ ꝯferunt eis gar
garizationes ex rebus ſtipticis: ⁊ ſi nō tollitur phleboto
metur de cephalica flōia ſubtili vice p⁹ vicē: ⁊ fiant alia q̄
ſunt dicta ibi. egreſſiōis āt ſanguis cū vomitu: cura ē tres
res. ¶ Pria ē rectificatio mēbri a quo ē paſſio. ¶ Se-
cunda ē vt fiat diuerſio: ⁊ hoc fit cū ſubtractiōe ſāguinis
ex vena ſeruiēte illi mēbro. ⁊ cū applicatione vētoſarum
ſup ipſo ⁊ ſimilibus. ⁊ ſi ē a corpore toto ꝓpter exuberan
tiā ſāguinis i ipo fiāt flōie cū itatiōe ex baſilica nūc dex
tera nūc ſiniſtra: ⁊ qñqꝫ ex ſaphenis ⁊ hoc quidem diffe-
rēter. Nā ſi ſolū i quātitate exuberat. flōia larga neceſ-
ſaria ē vl' mediocris largitatis. Si āt acuitas ē inflātio
ſit in ſāguine cū ſubtilitate ⁊ ebulitiōe ſubti. flōia vtēdū
eſt. ¶ Tertia ē adminiſtratio rex ꝯglutinātiū ⁊ ꝯſoli
dantium ſicut competit ex his q̄ dicem⁹: nūc vero eorū
q̄ cōpigunt ⁊ ingroſſāt ſāguinē ex his q̄ dicem⁹. ¶ Sā
guis āt egreſſio cū tuſſi. ē ex pectore aut pulmōe ⁊ ei⁹ cu
ra ē praua. Dixit eiꝫ ipocrates ſcreatū ſāguinis ex pecto
re aut pulmone cōcomitatur ſputū putredinis ⁊ poſt il
lud ptiſis ⁊ poſt illā diſpatio ⁊ mors. Vex quod ex pec
tore ē min⁹ ſuſpectū eo quod ē ex pulmōe. Raro quidē
ſolutio continuitatis i pulmōe ſanatur: ⁊ illō eſt pp qn
que res. ¶ Et pria quidē res ē qm̄ motio reſiſtit ꝯſolida
tioni imo addit ad ipſam ⁊ dilatat eā. ⁊ noſti ꝙ pulmo in
ſimilitudinē ſoliū fornacis dilatatur ⁊ cōſtrigitur ꝯti-
nue ob cām vite. Secūda vero eſt q: ſāies in ſpongioſo
mēbro diu retinetur ⁊ diu retenta magis acuitur ⁊ ma-
gis acuta profundat vlcera. ¶ Tertia ē qm̄ ſolutio con
tinuitatis cadens i pulmone dilatatat ipſum ⁊ retardat
officiū eius quod diximus quare fumi calidi difficulter
egrediūtur imo cumulantur in ſoſonis loco ⁊ iflāmatur
⁊ addūt ad ſolutionē: ⁊ diſpſi p corpus ſt cā deſiccatiōis
mbrorū ⁊ febris ethice. ¶ Quarta ē qm̄ pulmonis caro
multe paſſibilitatis ē ⁊ teneritatis cito ſubiecta putreſac
tiōi ⁊ illud ideo qm̄ nutrimētū ei⁹ eſt ex ſanguine ſubti-
li ⁊ acuto. ⁊ eſt ipſum receptaculū flegmatis quare cito
ſit i eo repugnatio contrarietatis i alterum ⁊ ex hoc cito
accidit putreſactio ⁊ corruptio. ¶ Quinta ē ſufiſtētia ei⁹
catarris paulatī vulnerantibus ⁊ vlcerātibus. ex his āt
patꝫ ꝙ ex pulmone ſanguinis excreatio aut i eo ꝯtinuita
tis ſolutio ſuſpectior. ¶ Et quidem hipocra. dixit ſāgui
nis ſcreatus ex profundo qualiſcūqꝫ aſcendens ſuſpect⁹
ē a ſuperioribus āt fluens non eſt ſuſpect⁹

¶ Egreſſionis āt ſanguinis ex pectore aut pulmōe. cu-
ra eſt ſecundum duas intentiones vniuerſalem ſcilicet ⁊
pticularem. ¶ Uniuerſalis āt intentio eſt quatuor res.
Prima eſt ſanguinis adequatio. Secunda eſt diuerſio
¶ Tertia eſt mūdificatio. Quarta accidentium correc-
tio. ¶ Primā igitur rem cōplent correctiones cadentes
in exuberantia in quantitate ⁊ qualitate ſanguinis: aut i
vtriſqꝫ: ⁊ quātitate quidē cū diminutiōe cibi ⁊ pot⁹ ⁊ di
miſſiōe vini: ⁊ ſi excuſari nō potes ſit mlte pmixtiōis cū
aqua ⁊ ſit vinū ſtipticū ⁊ dimittat dulcia ⁊ pulmenta ex
lacte ⁊ frumento ⁊ tri. ⁊ vitent generaliter oia que dila-
tant ⁊ multiplicāt ſāguinē ex his que comedūtur ⁊ bibū
tur: ⁊ abhorrāt qetis ſupfluitatē mltiplicātē materias ſō
mni: ⁊ ꝓprie ſub radiis ſolis ⁊ lūe ⁊ abhorrāt laborem in
horis vehemētis caloris: ⁊ laborē agitatiuū ⁊ clamorē ad
irā ⁊ portationes pōdex ⁊ coitus ſuperfluitatē ⁊ frequē-
tationes balnei dulcis: ⁊ ſimilia: ⁊ ſit cōtent⁹ ex ſorbitio

ſibus factis ex ſanie oꝛ. ⁊ rizo ⁊ milio: ⁊ conceditur caſe⁹
recēs ⁊ lac ex quo ꝯtract⁹ ſit butiꝝ: ⁊ fruct⁹ ſtiptici. ¶ Et
ex oleribus poꝛtulace ⁊ latuca ⁊ endiuia ⁊ atriplices ⁊
cucurbite ⁊ citruli. ex carnib⁹ carnes ꝑdicū turdoꝝ ⁊ aui
um minutarū min⁹ pinguiū lepoꝛis ⁊ ſimiliū decocte cū
fructibus ſtipticis ⁊ ſucis eoꝝ. ¶ Et ex granis comedāt
lentes excoꝛticatas ⁊ mes ⁊ ſanie oꝛ. ⁊ rizuꝫ ⁊ miliū ⁊ ge-
guers ⁊ fariā fabarū. ex piſcib⁹ piſceſ ōgētes ī locis petro
ſis ⁊ cācros aquaruꝫ dulciū coctos in lacte ſine butiro ⁊
aqua oꝛdei ⁊ que hoc curſu ꝓcedūt. Bibāt āt aquā roſ.
aut decoctiōis roſarū ⁊ aquā de minera ferri aut aquā ī
qua extiguitur ferrū cū rob myrtio aut aquā oꝛdei decoc
tiōis cācroꝝ aque dulcis ⁊ ſimilia. ¶ Si autem pecca-
tū ex parte acuitatis ſanguinis ⁊ abolitionis ſedamus id
cū rebus extinguētibus īflamationem ⁊ ingroſſantibus
ſanguinem ſicut ſunt pꝛopꝛie cibi ⁊ potus frigidi. ⁊ pro-
pꝛie ſtiptici ⁊ extinctiui inflamationuꝫ ſicut cibi cōgelati
ex lentibus cuꝫ ſucis aliquibus ſtipticis: aut ex cucurbita
aut citrulia ⁊ poꝛtalaca ē ex rebus mirabilibus ad illud
Sedat. n. inflamatiōem ⁊ ſtrigit ſāguinē ⁊ cōcedūtur eis
cibi pauce acetoſitatis ſicut zeroſkie ⁊ ſuākie ⁊ cucurbi-
ta cū granatis acribus ⁊ dulcib⁹ aut muzis tritis cū gra
nis ſuis ⁊ carnes pulloꝝ ⁊ paruarū auiū cū ſuccis ſtipti
cis ⁊ cōgelatū ex eis. ⁊ confert eis iuuamentum magnuꝫ
adminiſtratio pſilii aſſi cōquaſſati in aqua roſata cū co-
riandro aſſo. ſiſr āt ſemē poꝛtulace cū aqua roſarū ⁊ hoc
ī matutinis. Hec. n. īgroſſāt ⁊ īpiguāt ſanguinē. Huī⁹
ēt ītētiōis ē lac acetoſum extracto butiro ex eo ſi extigua
tur in eo ferrū magnificatur ei⁹ operatio: ⁊ caſeus recēs
ē bonus eis. ⁊ laudātur eis iuiube ⁊ aqua decoctiōis ca-
rū: ⁊ fruct⁹ ſtiptici ⁊ ſuci eoꝝ ⁊ ſimilia: ⁊ ex rebus ēt ſan-
guinis inflamationē ⁊ acuitatem ſedantibus ſunt empla
ſtationes ⁊ epitimata circa epar ⁊ cor ex rebus ⁊ ſucis fri
gidis ⁊ ſtipticis ⁊ appoſitiones aque verifrigoꝛis cū ali
quibus coꝛum circa ipſā ⁊ ſedere in aqua frigida ⁊ ſimi
lia que diximus in capitulo de fluxu ſanguinis ex nari-
bus. ¶ Si autem peccatum in quantitate ſanguīs ſimil
⁊ qualitate fuerit tunc noſtra occupatio erit circa vtrūqꝫ
¶ Secundam reꝫ complent adminiſtrationes phlebo-
tomie cum iterationibus ſi opoꝛtet ex vena baſilica nunc
dextra nunc ſiniſtra bꝛachii mediocris apertionis ſi ſo-
lum inquantitate ſanguis exuberat: aut ſubtilis apertio-
nis ſubtilitas ⁊ acuitas dñant in ſāguie ⁊ qñqꝫ conuer
tim⁹ ſāguinē ad longinquam vniuerſitatē: ſic ad partes
inferioꝛes: ⁊ hoc cum phlebotomia ſaphene ⁊ ventoſita
te crurium ſcarificatione in ipſis: ⁊ quandoque exigit di
ſpoſitio emoꝛoidarum aut meſtruoꝛum pꝛouocatione ⁊
facimus id ⁊ conferunt ventoſationes ī hipocundriis ſi
ne ſcarificatiōes: ⁊ dixit Ruffus quod accidit mulieri vt
ſputet ſanguinem poſtqꝫ lac delituit in mamillis eius ⁊
reſtrictus eſt pꝛouocato lacte ⁊ accidit ei illud tertio ⁊ cu
rata eſt poſt exuberantiaꝫ lactis.

¶ Tertiam autē rem complēt adminiſtratiōes medica
minū ſanguinem mūdificantiū: ⁊ ſi quideꝫ fuerit acui
tas ⁊ inflamatio ⁊ ebulitio ī eo propter permixtioneꝫ co-
lere acute ī ipſo oꝫ quod euacuetur colera pꝛius: deinde
phlebotometur: hoc. n. ē ſecūdū canonē artis demū ſeqꝫ
īfrigidatio: ⁊ ſi oꝫ vltīa īfrigidatiōe. Colera āt euacuabi
tur cū aqua fructuū facta ex eo quod mulgetur ex ſemi-
nibus poꝛtulace pꝛius aſſis. ¶ Et ī reubarbo ē virt⁹ mi
rabilis ī hac parte. euacuat. n. colerā ⁊ ſtritit de pꝛopīcta
te ſanguinē ⁊ pꝛopꝛie cum ſuco lingue arietis aut cuꝫ aq
que mulgetur ex ſeminibus poꝛtulace. ¶ Si autem fle-
gma habenda cuꝫ ſanguine faciens exuberare ipſū eua-
cuetur flegma cū eis que ſcis. deīde phlebotoma. ¶ Et
ex eis etiam que mundificant ſanguinem ſimul ⁊ diuer-
tunt modum eius ⁊ inclinant inferius: ſunt adminiſtra-
tiones cliſterioꝛum debilium: ⁊ ſi opoꝛtet habentium
acuitatem ex his que ſcis niſi timueris agitationes fieri
in ipſo ⁊ pꝛopꝛie apud ebullitioneꝫ eius tunc autem opꝫ
blandiri cum cliſteribus debilibus hic eſt operatio ſecū
dū ſapientiam. ¶ Quartam rem complent nūc abſtinē
tiā: ⁊ ceſſatio a rebus mouentibus ⁊ agitātibus ſāguinē
Nūc āt pꝛeuētio ⁊ pꝛeſeruatio a fluxu eius ⁊ pꝛopꝛie ī ex
poſito ad illud. Nūc vero remotio nocumenti facientis
cadere ī illud. ¶ Res autem mouentes ⁊ agitantes ſan
guinē ſūt cibi acuti ⁊ medicīe acute. ⁊ laboꝛ vehemens ⁊
carietas multa ⁊ rixe ⁊ vociferationes ⁊ caſus ⁊ percuſſio
⁊ his ſimilia. ¶ Expoſiti autem ed ſputū ſāguinis ſunt
habētes pect⁹ ſtrictū ⁊ nudū ⁊ humeros ſicut curuatur a
larum ⁊ collū ſubtile ⁊ longū ⁊ depꝛeſſū inter alas ⁊ hu-
meros ⁊ frequētat eis tuſſicula cū pūctura interdū nunc
apud dextrā nūc apud ſiniſtrā ſpatulā nūc apud aliquaꝫ
mamillarum. Nos āt ꝓuciem⁹ ne cadāt ī illud cū phle
botomia ex baſilica ⁊ incliatiōe ſāguinis ad īferioꝛa cum
phlōia ſaphene ⁊ poſitione vētoſaruꝫ ⁊ ꝓuocatiōe emoꝛ
roidarū aut meſtruoꝛū ⁊ fricatiōe facta ī extremitatibus
⁊ coꝛrectiōe ī ſex generibus rerū ſicut ſcis: ⁊ hec oīa ma-
xime obſeruanda ſūt pꝛopꝛie ī pꝛīcipio veris ⁊ ī toto ve-
re. eſt. n. tēpus exuberare faciens ſāguinem.

¶ Nocumēta āt faciētia cadere ī ſputū ſāguinis ſūt ca-
tarrus acutus tuſſis vehemēs apā plreticū aut ꝑiplmo
nicū aut ēpicū: ⁊ de his ē retētio meſtruoꝝ ⁊ coſtrictio
em oꝛoidarū cōſuetarū fluere: ⁊ quidē iā catarri curam
ſcripſim⁹ ⁊ tuſſis. ¶ Et ī pleureſi ſi quideꝫ ⁊ ꝑipulmōia
ſanguineis apparēs ſputuꝫ eſt ſignum laudabile reſudat
enim ex apoſtemate aliquid poſt aliquid ex eo qꝫ mate-
ria eius eſt reſolubilis non pꝛohibita propter adheren-
tiā aut compactioneꝫ. ¶ In apoſtemate autem ēpico eſt
eius apparitio aliquando cauſa ad malum ⁊ pꝛopꝛie cuꝫ
apoſtema eſt magnum exuberans: ⁊ quandoqꝫ eſt ſignū
boni ⁊ pꝛopꝛie apud reſolutionem ipſius: emoꝛroidaruꝫ
autem aut meſtruoruꝫ conſtrictio non ſecundum ſapien
tiam ſi faciat cadere in illud aut ſi ſit ſuſpectio de illo tūc
eoꝛum pꝛouocatio excuſat a ſuſpectione: ſicut galien⁹ ſu-
ꝑ verbis hipocratis dixit. ¶ Inquit eniꝫ cronic⁹ emoꝛ-
roidarum fluxus totaliter conſtrictus ⁊ ſubito cadere fa
cit in idropiſim aut maniam aut ſanguinis ſcreatū ⁊ pti-
ſim. ¶ Particularis auteꝫ intentio habet quattuoꝛ mo
dos. Primus cogit vertere intentionem noſtram ad
curationem ſcreatus ſanguinis qui contingit propter re
ſudationem ipſius. ⁊ ſi quidem fuerit ab apoſtemate ſan
guineo cuius materia ponitur in reſolutione alicuius ca
ſus poſt aliquid curari non indiget: eſt enim ſignificatio
ſalutis. ¶ Si autem fuerit ſecunduꝫ ſemitam reſudatio
nis ex venis pulmonis aut arteriis: vel etiam pectoꝛis ꝓ
pter agitationem ⁊ ebullitionem cadentē in ſanguine da
bimus medicamina ſanguis feruoꝛē repꝛimētia ⁊ ipſum
compingentia: ⁊ huius operationem facientium: ſum-
ma hec: eſt poꝛtulaca pꝛopꝛie commaſticata frequenter

⁊ parum poſt paruꝫ deglutitus eius ſucus potenter ſtrin
git ſanguinem ⁊ ſedat ebullitionem eius ⁊ cōpingit ipſū
⁊ ſimiliter ſemen eius aſſum ⁊ tota planta ipſius etiaꝫ ſe
cundum omnem modum adminiſtrationis eius. ⁊ ſimi-
liter album papauer aſſum.

¶ Iuiube autem ſunt huius intentionis ſecunduꝫ om-
nem modum adminiſtrationis earum in mucilagine āt
pſilii cum lapide ematitē diligenter loto ⁊ contrito cōtri
tione vltima. ineſt virtus mirabilis: ⁊ ſimiliter in corian
dro ⁊ ſimiliter in lapide emathithe cum ſuco arnogloſe
Pſilium autem aſſum ⁊ conquaſſatum cū aqua expreſ
ſionis portulace aut ſeminis eius vſqꝫ dum fiat mucila-
ginoſū: eſt ad id mirabile: ⁊ ſimiliter ſemē iuſquiami cū
ſuco arnogloſe. Huius etiam eſt intentionis lac coctuꝫ
cum lapidibus fluuialibus aut cū ferro ignito prius ex-
tracto butiro ex eo: ⁊ ſimiliter lac acetoſum extracto ex
eo butiro ⁊ caſeus recens ſimiliter. Lutum auteꝫ ſamiū
⁊ lutum armenū ⁊ ſigillatuꝫ ſunt ex medicis veris ad il-
lud: ⁊ proprie cum ſuco plantaginis. Iſta enim cum vir
tute infrigidationis ⁊ conglutinationis: ⁊ ex eis compo
ſita ſunt vltima ad id: ⁊ quecūqꝫ ſunt huius intentionis
⁊ laudatur eis aqua ferri aqua pluuialis cum gūmi ara-
bico aſſo aut dragaganto: ⁊ laudatur etiaꝫ aqua ordei ⁊
proprie aſſi cū cancris fluuialibus: aut ſpodio ⁊ ſimilibꝰ
⁊ quandoqꝫ exigit neceſſitas apud vehementē agitatio-
nem ⁊ vigilias vt cum eis aliqua ex narcoticis tribuanť
⁊ tunc facimus id cum cautella.

¶ Secundus modus docet vertere intentioneꝫ noſtrā
ad curationē eius ſcreatus ſanguinis qui fit ſecunduꝫ ſe
mitam redundationis: ⁊ huius curā iam diximus quan
do modos diuertendi fluxum ſanguinis docuimus.

Tertius modus qui eſt ad curandum apertionem aut
rupturam vene cum vulnere aut ſine vulnere: indigꝫ ad
miniſtratione medicaminum ſtipticorum ⁊ conſolidati-
uorum: ⁊ hoc quidem facientium ſūma hec eſt ſanguis
draconis proprie ⁊ carabe ⁊ bolus ⁊ lutum ſigillatū ⁊ ba
lauſtie ⁊ roſe ⁊ cornu ceruinum aduſtum ⁊ corali aduſ-
ti ⁊ kakie ⁊ hipoquiſtidos ⁊ cortices ⁊ flores grana-
torum ⁊ emathites ⁊ gummi aſſum ⁊ mumia ⁊ reu-
barbarum proprie aſſum ⁊ cortices thuris ⁊ cortices
maſticis ⁊ coagulum leporis ⁊ coriandrum ⁊ ſemen lin
gue arietis ⁊ capita ⁊ virgulta roſarum ⁊ fructus ⁊ fo
lia mirti ⁊ ſpodiū ⁊ cortices cancrorum vſtorū ⁊ ſimilia

¶ Fundamentum autē ⁊ medicina cum quibus hec mi
ſcenda ⁊ propinanda ſunt vel aliqua eorum hic ſunt: ſu-
cus proprie plantaginis ⁊ ſucus albuiſandani ⁊ ſucꝰ por
tulace ⁊ ſucus albedarogi ⁊ aqua ſauic ⁊ aqua pluuialis
infuſionis gūmi aſſi ⁊ aqua roſ. ⁊ ſucus citoniorū ⁊ mi
ua ⁊ ſucꝰ granoruꝫ mirti ⁊ ſirupus ex eis ⁊ mucilago pſi
lii ⁊ ſemen citoniorum ⁊ aqua ſumac ⁊ ſimilia. ¶ Me-
dicinas āt compoſitas ſcribemus poſt: ſi deꝰ voluerit de
quarum ſumma eſt zucaruꝫ roſ. proprie eſt. n. medicamē
eis benedictum ⁊ miua ⁊ ſirupus de roſ. ſiccis ⁊ ſirupꝰ de
iuiubis ⁊ ſirupus mirtinus ⁊ ſirupus de pomis ſtipticis
⁊ trociſci de karabe ⁊ trociſci de terra ſigillata quorum
memoriam fecimus in antidotario.

¶ Medicamina auteꝫ que adminiſtrantur emplaſtan
do aut leniendo ab extra ſumma hec eſt. Oleum roſatuꝫ
cum maſtice aut oleum mirtinum: ⁊ ex eis eſt oleum de
citoniis ⁊ oleum nardinuꝫ ⁊ ſucus coriandri humidi cū
ſauic aut farina ordei aut ſandalis aut ſpodio ⁊ roſis cuꝫ
modico camphore. Hec enim emplaſta conferūt vl. ℞.
acatie ypoquiſtidos farine ſauic ⁊ farine orobi ana confi
ce cum albumine oui ⁊ ſuperpone vel. ℞. puluerem thu
ris ſubtiliſſimū ⁊ adminiſtra cum albumine oui ⁊ quidē
de rebus melioribus in hac parte eſt ſubtilier inquirere
ad inueſtigandum locuꝫ vehementie doloris. Illic eni
emplaſtationes ⁊ linimenta vtiliſſima ponenť.

¶ Quartus autē modus docet abſcindere; cauſas vlce
rationum ⁊ corroſionū cadentium in partes pectoris ⁊
pulmonis ⁊ proprie pulmonis ſecundum pluri͂muꝫ: hoc
enim eſt id quod eſt ſuſpectum ⁊ timoroſum maxime ⁊
huiuſmodi quidem curationem ſcribemus in capitulo
de ptiſi ſi deus voluerit: ⁊ permiſerit curare huiuſmodi

¶ Galienus ſi accidit ſputum ſanguinis a catarro: tūc
erit conſideratio noſtra vtrum ſit acutus aut non acutus
⁊ ſi fuerit quidem accutus ⁊ colericus aut ſalſugmoſus
ſedabimus impetum acuitatis eius prius cum regimine
bono diſiuncto in capitulo de catarro.

¶ Poſtquam autem vehementiaꝫ acuitatis ſedata fue
rit ſoluatur natura cum eo quod eſt ſicut infuſio mirabo
lanorum ⁊ ſimilia. ⁊ ſi fuerit ſalſuginoſus cum eo quod
eſt ſicut pillule cochie. Deinde precipimus enim phle-
bothomari de vena cephalica phlebothomia ſubtili ⁊ ſi
oportet cum iteratione ⁊ fricamus extremitates eius vi-
ce poſt vicem ⁊ trahimus materias eiꝰ a capite cuꝫ cliſte
ribus acutis ⁊ ſi oportet fortis acuitatis ⁊ poſitione ven
toſarum in cruribus ⁊ ſuper emorroidas poſt apertio-
nem earum cum phlebothomia: ⁊ confert eis poſt illud
adminiſtratio aque ordei cum cancris fluuialibus ⁊ ſiru
pus de papauere: ⁊ ſi indiget medicamine fortiori: den-
tur trocici alſcehdene quorum rememorabimur poſt: ⁊
fortius eſt ex eis trociſci de kaarbe ⁊ proprie cum ſirupo
de papauere: aut ſirupo mirtino aut rob eiꝰ. ¶ Et ſi res
fuerit prauior non eſt excuſatio adminiſtrationis medici
narum fortium ſicut tiriace proprie ⁊ mitridati ⁊ athana
ſie ⁊ trociſci ſtelle ⁊ ſimilium: ⁊ iam quidem mulieri cui-
dam ⁊ pluribus poſt illam cui acciderat ſputuꝫ ſanguīs
ex catarro cōmenſuramus regia que iam diximus: ⁊ in-
ſtituimus poſt illa vt poneremus ſuper caput eius ⁊ pro
prie in parte zubendeg medicamen ex fimo columbino
poſtq̄ egreſſa eſt balneum ⁊ adiunximus ⁊ dedimus ſibi
tiriacam recentem anni ſui vt faceret eam dormire ⁊ ī cra
ſtinum iniunximus fricari extrema ipſius ⁊ conſtringi ī
ſtitis ⁊ adminiſtrari ex tiriaca recenti quantitatem mino
rem ⁊ minuimus quotidie quantitatem eius donec de-
uenimus ad adminiſtrationem ſolius mellis vt mundi
ficetur pulmo ſufficiēter ⁊ non receſſimus ab adminiſtra
tione aliquibus ex rubificantibus ſuper ptē que dicitur
zubendeg ⁊ ab aſſiduitate fricationis extremitatum do-
nec diuerteretur catarrus: ⁊ remanſit nobis poſt hec ſola
vna neceſſitas ſcilicꝫ vt deinde cōſolidaretur vulnꝰ ⁊ de
dimꝰ ei filoniū perſicū ⁊ interdum trociſcos de luto ſi-
gillato cuꝫ zucharo ro. ⁊ qn̄qꝫ zucharū ro. ſolū in q̄tita-
te multa: ⁊ fecimus iterpolationes ī adminiſtratiōe ipſo
rum ⁊ viciſſitudines: ⁊ qn̄ ex eoꝝ vſu ſtrigebatur āheli
tꝰ ꝯuertebamꝰ ſtudiū noſtrū ad adminiſtrādum res que
dilatant ipſum ⁊ educunt ſaniem: ſicut proprie decoctio
nis iſopi ⁊ ſimilia: ⁊ cū elargabatur āhelitꝰ tūc reuerte-
bamur ad filoniū ⁊ trociſcū ⁊ zucharū ro. cū hac viciſitu

dine ⁊ ſanata eſt: ⁊ modo cõprehẽſibilis numerus eorum
qui ſanati ſunt ſecundũ doctrinaꝫ hanc.

¶ Filius zezar: confectio trociſcorũ conferentium tuſſi
⁊ ſputo ſanguinis. ℞. gũmi arabici boli armeni ana. ʒ. x.
ſeminis portulace. ʒ. viiij. ſpodij foliorum roſaruꝫ ⁊ ſemi
nis carũ ana. ʒ. ij. dragaganti amili ana. ʒ. v. fac trociſcos
cum ſuco lingue arietis ⁊ da cũ eodẽ ſuco.

¶ Idem confectio trociſcorum de papauere conferẽtiũ
ſcreatui ſanguinis ⁊ tuſſi cuꝫ febre ⁊ dolori pectoris: ſi de
us voluerit. ℞. roſaruꝫ gummi arabici ana. ʒ. iiij. amili
papaueris dragaganti ſuci liquiritie ana. ʒ. ij. ſpodij cro-
ci ana. ʒ. ſ. confice cuꝫ triplicato aut rob: ⁊ da cũ terenia-
bi ⁊ aqua. ¶ Idem. Confectio trociſcoruꝫ ematithicoꝝ
expertorum iuuamentorum ad ſcreatum ⁊ ſputum ſan-
guinis ⁊ manationẽ eius vndecunqꝫ. ℞. corticum cãcro
rum fluuialiuꝫ aſſaruꝫ. ʒ. xvi. coriandri aſſi. ʒ. vii. ſeminis
papaueris. ʒ. xv. boliarmeni ⁊ terre ſigillate ana. ʒ. vi. ſeis
portulace foliorũ roſaruꝫ cuꝫ capitibꝰ ſuis gummi ara-
bici dragaganti ana. ʒ. v. lapidis emathitis loti. ʒ. iiii. euſi
ſtides acatie: cornu cerui aduſti karabe balauſtie ſeminis
mirti ana. ʒ. iii. cõcularuꝫ incenſaruꝫ. ʒ. ii. margaritaruꝫ ñ
pfectaruꝫ. ʒ. i. Fac trociſcos cuꝫ ſuco ligue arietis. Ex
rebꝰ mirabilis iuuamenti ſũt trociſci de terra ſigillata ⁊
trociſci de karabe dicti ĩ ãtidotario.

¶ Diaſcorides. Portulaca ſãguis ſputũ ſedat ex pul-
mõe ⁊ ꝑprie maſticata ⁊ frequẽs ſuci ipiꝰ deglutitio. ⁊ ſi
militer ſemẽ eiꝰ. Sedenegi autem eſt ad illud mirabilis
⁊ proprie lotꝰ ⁊ adminiſtratꝰ cum ſuco portulace: aut ar
nogloſe. ¶ Et ſimiliter coagulum leporis cum eiſdẽ ſu
cis ſtipticis: ⁊ iam expertũ eſt: quod ſeminum arnogloſe
granorum mirti ⁊ capitũ roſarum cum foliis ſuis ana. ʒ.
i. ſ. adminiſtrata cum ſuco arnogloſe ſunt ad illud medi
camen vltimum: ⁊ ĩ ſemine iuſquiami eſt operatio bona
dicamine yſopi ⁊ ſi ſuper calefiunt ex eorum adminiſtra
tione redeundum eſt ad quam ordei cum aqua mellis ⁊
iuleb ⁊ ſimilia. Cum autem hec accidentia ceſſauerit. ſ.
conſtrictio anhelitus ⁊ ſuper calefactio ⁊ exiccatio iterē
tur predicta cum viciſſitudine ſecundū exigentiam ne
ceſſitatis. ¶ Cibi autē eoꝝ ſint ſicut aqua cicerum ⁊ al
teraniabin ⁊ ſorbitiones ſubtiles ⁊ farina ciceꝝ ordei ⁊
fabarum cum oleo amigdalino ⁊ melle ⁊ zucharo ⁊ ius
caulium cum oleo amigdalino ⁊ quandoq̄ʒ cum galli
nis niſi febris vehementia prohibeat ⁊ ius gallinarū an
tiquarum ⁊ ius galli antiqui ⁊ carnes pulline. ⁊ edine ⁊
addatur eis in cibis aut iuribus eorum. dū res expoſtu
lat ex pipere aliquid. Adiuuat enim ad mundificandū
⁊ exiccandū. Et precepit Galienus dari cepas ⁊ aleū
in ieiunio vt vulnus non claudatur donec mundificetur
⁊ precepit dum ſanies ad inteſtina declinat dari cibaria
que ventrem moueant ſicut proprie malua bleta atripli
ces leuēq̄. Et cum per vias renum educere volueris
dari que ſunt ſicut aſpagi aut baucia ⁊ ſimiliter.

¶ In ſecunda vera menſa comedat grana pini amig
dalas cum melle ⁊ ſemina feniculi ⁊ dactilos humidos
⁊ ſimilia. Et conceduntur etiā poſt cibos poma dulcia
⁊ citonia ⁊ pira ⁊ proprie ſeburc ⁊ ſimilia. Potum aūt
damus eis vinum dulce ⁊ vinum alcheſmes ⁊ vinum d̄
paſſulis ⁊ aquam mellis ⁊ aquam zuchari.

¶ Si autem collectio erumpitur ⁊ diffunditur ſanies ī
loco collectionis ad nullam partem declinans tunc oꝫ
cauteria ſuper eodē loco tria vel quinq̄ʒ vel plura ſi ne
ceſſitas expetit imprimi cum cauterio puncti ⁊ perforet
pectus vſq̄ʒ ad locum ſaniei: ⁊ hoc ſi fuerit in pectore.

¶ Si autem fuerit in latere aperiatur cum ſagittella vſ
q̄ʒ dum perueniatur ad ſaniē vt extrahatur ⁊ exiccetur
extractionibus remouentibus materiam donec ſanies
paulatī exiccetur in totum cum mundificationib⁹ ⁊ ab
ſterſionibus quotidie factis cum aqua mellis aut cū vi
no mellito ⁊ ſimilibus. Quartam rem complent admi
niſtrationes medicaminum aggregantium nunc virtu
tem abſterſionis ⁊ mundificationis: nunc vero incarna
tionis ⁊ conſolidationis. Et oportet medicamina vt ſi
bi inuicem ſuccedant vſq̄ʒ dum plene appareat ſanitas
Et dictum eſt aquam mellis eſſe abſterſiuum bonum.
Et dictum eſt de alijs que non oportet nunc iterare. ⁊ iā
quidem compertum eſt in lacte caprino aut aſinino ag
gregari intentiones duas ſcilicet abſterſionis ex parte a
queitatis eius. ⁊ conſolidationis ex parte caſeitatis ei⁹
Et oportet vt ſit lac calidum ſtatim cum mulgetur ⁊ ſit
poſt bonum paſtum ⁊ proprie deſiccatiuū. Verum aſi
ninum lac ſubtilius eſt quam caprinum. caprinum vero
eſt temperatius eo. Et aqua ordei decoctionis cancrorū
fluuialium ſimiliter aggregat intentiones duas predic
tas Et lac coctum ſimiliter cum oleis.

¶ Medicinarum autem incarnātium ⁊ conſolidātiū
vulnera pulmonis ⁊ pectoris ſumma dicta eſt in capitu
lo de ſputo ſanguinis quare oportet vt pars illa affera
tur ad locum hunc. Et loquemur adhuc de eis in capi
tulo de ptiſi ſi deus voluerit.

¶ Cibi aūt eorū ſint carnes paruarū auiū ⁊ extremita

tes edorūꝫ ⁊ porcorum iuuenum ⁊ arietum caſtratorum
⁊ riſum cum galinis ⁊ tri. ⁊ ſorbitiones tenere ex frumē
to cum carnibus. Et ex valde iuuantibus ſunt ſorbiti
ones ex farina orobi aut ex farina riſi cum lacte. ⁊ lac coc
tum eis eſt cibus delectabilis ⁊ proprie cum lapidibus
fluuialibus aut calibe. ⁊ ſimiliter caſeus recens ⁊ ſimili-
ter ſorbitiones ⁊ pulmenta ex lacte cum farina cicerum
aut fabarum aut amili. Caueatur autem indigeſtio eiꝰ
contingens enim ex lacte moleſta eſt ⁊ inimica ⁊ proprie
quātum eius nutrimentuꝫ eſt amicum. Potus eorum
eſt vinum mediocriter ſtipticum ⁊ vinuꝫ albū antiquuꝫ
⁊ vinum antiquum dulce eſt bonū eis ⁊ aqua in qua ex
tinguitur ferrum aut aqua de minera ferri ⁊ aqua roſa-
ta ⁊ aqua pluuialis infuſionis gūmi aſſi ⁊ ſimilia ⁊ lau-
datur eis rob mirtinum ⁊ ſirupus eius ⁊ miua cuꝫ aqua
maſticis. ⁊ non negligatur excellentie zuchari roſati ⁊ ad
miniſtrationes eius omni hora. Fortaſſe enim eſt ipſuꝫ
ſoluꝫ medicina curans eos. ⁊ nos diximus incapitulo d̄
ſputo ſanguinis ſecundum ſermoneꝫ galieni ⁊ dicemuſ
hoc latius in capitulo de ptiſi ſi deus voluerit. Medi
cinaruꝫ autem ſumma que adminiſtratur emplaſtando
dicta eſt in capitulo de ſputo ſanguinis. ¶ Quintā reꝫ
complent adminiſtrationes medicinarum ſedantiuꝫ ac-
cidentia in tota cure latitudine ſuperuenientia ⁊ ſunt ve
hementia doloris ⁊ febris ⁊ prauitas āguſtie ⁊ ſitis ⁊ tuſ
ſis vehemens ⁊ conſtrictio anhelitus ⁊ vigilie ⁊ faſtidi
um cibi que tempore collectionis ⁊ maturationis timo-
roſa ſunt maturata autem ea ſuſpecta ſunt magis. poſt
eruptioneꝫ autē ipſius remanentia mortalia ſunt. Ve
rum ex eis quedam remanantia ſunt ſecundum magis
⁊ minus ſuſpecta ⁊ quedam corrigi poſſunt. quedam au
tem minime. Inquit hipocatres dolor ⁊ febris circa ſa-
niei generationem vehementiora ſunt. generata autem
ea remiſſiora ⁊ amplius remiſſiora poſt eruptionem ip
ſius. ⁊ adhuc amplius mūdificata ⁊ exiccata ea. Si autē
in contrarium hoc acciderit tunc nil aliud niſi peſſimi-
tas ⁊ profunda corruptio ex prauitate venenoſitatis ſigi
ficatur. ⁊ hec quidem vere mōtalis: ⁊ teſtatur hoc virtus
apparēs ſicut amurca ⁊ fetidum ⁊ hoc quidem incorri-
gibile deſperanduꝫ omnino. ¶ Et hoc idem de praui-
tate anguſtie dicimus ⁊ ſimiliter tuſſi ⁊ conſtrictioni an
helitus. ¶ Vigilie autem ſitis ⁊ appetitus defectio ali-
am atqꝫ aliaꝫ poſſūt habere cauſā propter qđ nō indicā
da mala ſimpliciter. vigilationem aūt efficit malaꝫ cere-
bri cōplō ſicut ſiccitas ⁊ bauracitas ex mala humiditate
occulta i ipſo. Aliquando autē efficit frequens anguſta
tio ſuper ali qua re. Et iam quideꝫ diximus curam eius
in capitulo de ſahara. ¶ Sitis etiaꝫ cauſam poteſt habe
re extraneaꝫ ſicut eſt proprie ſalſugmoſitas ex mala qua-
litate exiſtente in ſtomaco aut caliditas aut ſiccitas i orifi
cio ipſius ⁊ alia ſic̄ dicemꝰ in caplō ſuo. ⁊ curat̄ ſic̄ dice-
mus ibi. Et ſilr̄ defectio appetitus pōt habere cauſas q̄ſ
etiaꝫ dicemus in proprijs capitulis. ¶ Sextaꝫ rē cōplēt
adminiſtratiōes regiminuꝫ ex generibꝰ rerum ſex ſecun
dum exigentiaꝫ quinqꝫ canonuꝫ ſupra ſcriptorū. Et hec
quidē dictum eſt. ¶ Filius zacharie confectio trociſco-
rum qui adminiſtrantur cū aq̄ ordei cum qua cocti ſunt
cācri fluuiales ⁊ ſirupus de papauere aut rob mirti. Et
cōferunt ad cōſolidationeꝫ ⁊ mundificationeꝫ vulneris
pectoris aut pulmonis quaruꝫ permixtio. ℞. papaueris
al. ſeminis cucurbite ⁊ citrulorum excorticatorū ana. ʒ. x
amili dragaganti gummi arabici ſucci liquiritie añ. ʒ. v
thuris maſculi ſedenegi loti boli armeni ſanguinis dra
conis charabe añ. ʒ. ij. mirr̄ cinamomi opij ana. ʒ. i. ⁊ fiāt
trociſci ⁊ adminiſtrentur. ¶ Ideꝫ: Confectio emplaſtri
feſtinantis maturationem pleureſis ⁊ ſedantis dolorem
eius. ℞. aneti camomille violarum ſiccaruꝫ furfuris al
tee farine ſemis lini fenugreci ordei añ. decoquantur in
aqua donec ſint biſcocta. deide conterantur ⁊ miſce cuꝫ
oleo antiquo ⁊ ſuperponatur tepiduꝫ ⁊ quādoqꝫ addi-
tur in eo cinis caulium ⁊ adeps anatis. ¶ Galienus. ꝯ
fectio loch mundificantis ⁊ abſtergētis ſanieꝫ a pecto-
tore ⁊ pulmone. ℞. amigdalaruꝫ dulcium ⁊ amararum
granorum pini ſeminis vrtice farine lupinoruꝫ añ par-
tes eq̄les cōfice cuꝫ melle ⁊ da cum eo quod cōuenit.

¶ Plures ex preteritis medicinis mūdificantibus pec
tus ⁊ pulmonē a ſanie ⁊ viru. dicte ſūt in capitulo de aſ
mate ⁊ tuſſi que requiratur ibi. Et ex medicinis ſanāti-
bus vulnera pectoris ⁊ pulmonis plures dicte ſūt in ca-
pitulo de ſputo ſāguinis. ¶ Haboali. cōfectio trociſco
rum ad vlcera que fiūt in pectore ⁊ pulmone cōſolidan-
tium ea. ℞. roſarum balauſtie añ. ʒ. ij. ſāguinis dracōis
amili olibāi añ. ʒ. i. dragaganti gūmi maſticis. añ. ʒ. i. ſ.
acacie croci añ. ʒ. iꝰ. tertiaꝫ charabe ⁊ mirre añ. ʒ. ſ. ꝯfice
cum rob citoniorum ⁊ mirtilorum da cuꝫ eiſdem.

¶ Confectio medicaminis ex inuentiōe noſtra quodē
medicamē forte ⁊ expertum ad vlcera pulmōis ⁊ pecto
re ⁊ mundificat ea a ſaie ⁊ materia viſcoſa. cōtenta in eis
⁊ facilitat expſiōꝫ earū cuiꝰ hec eſt permixtio. ℞. olibāi
mirre cinamoi amoi granorū pini radicum ireos gūmi
alboti croci talch añ. ʒ. iiij. ſpice caſſie fiſtle carnium dac-
tilorum añ. ʒ. iij. coſti. ʒ. ij. galbani. ʒ. vinius tertias duas
mellis quantū ſufficit ad aggregandum ea. Decoquā-
tur mel ⁊ albotim in vaſe duplici vſqꝫ dum habeat ſpiſ
ſitudinem deinde permiſce cum eis galbanum ⁊ fac bul
lire denuo deinde proijce ſuper ipſum puluereꝫ aliaruꝫ
reruꝫ ⁊ da cum eo quod cōuenit. ¶ Permutationum
auteꝫ pleureſ. ad alias egritudines quedam ſūt ad bonū
quedā ad malum. Et permutatio eius ad piplmoniam
⁊ ad ptiſim eſt ad malum. Et permutatio eius piplmo
niaꝫ eſt ſecundū alterꝫ duorꝫ modorꝫ. Quādoqꝫ enim
fit ex conuerſione materieri pleureſis ad pulmonē. quā
doqꝫ ex conuerſione virꝰ ad ipſum que non mundifica
tur vſqꝫ ad. xl. dies a ruptura collectionis. Et permuta
tio eiꝰ ad ptiſiꝫ ſilr̄ fit ſꝫ alterū duorꝫ modorū aut medi-
āte piplōmōia aut ſiñ medicatiōe eiꝰ. ⁊ ꝓprie cuꝫ ſanies
acuta ⁊ mordicatiua r̄ſoluta ab eruptiōe apatis trāſiſꝫ p
pulmonē vlcerat ſubſtātiam eiꝰ. ¶ Et dixit hipo. q̄ qn̄
pleureſis nō reſoluitur neqꝫ mūdificat̄ i xiiij. diebꝰ tran
ſit in ēpima. ⁊ ēpima qn̄ nō mūdificat̄ in. xl. diebus a die
rupture ꝑmutat̄ in ptiſiꝫ. ⁊ dixit galienꝰ q̄ materia pleu
reſis quandoqꝫ rapitur ſurſum. Verum tamen quan-
doqꝫ natura vincit ſuper ipſam ⁊ expellit eam ad parteꝫ
aurium ⁊ facit collectiones ⁊ eſt ſignificatio incolumita
tis. Et quādoqꝫ apparet victoria morbi ſupra naturam
⁊ ſignificatur ex permixtione intellectus. ⁊ vigilijs ⁊ fit
permutatio in freneſim. ⁊ quandoqꝫ vltimatur victoria
morbi. ſupra naturam ⁊ declinat materia ad cerebrum ⁊
interficit vſqꝫ ad diem tertium. Et quandoqꝫ declinat
ad neruos ⁊ facit ſpaſmum.

¶Et dixit iterum Galienus quod quādo rapitur ad partes cordis multiplicatur tremor eius ⁊ ſincopis ⁊ interficit in principio ⁊ quandoq; ſubito.

¶Et dixit hipocrates quod aliquando accidit ex prauitate ⁊ venenoſitate materie vt vicat ſupra poſſe natur̃ oio ⁊ cōuertat ptes loci vt appareat dorſū patiētis qⁱ dorſū vberati ⁊ viret lat⁹ ei⁹. ⁊ nigret. ita qḋ conſueuit de eis dicere vulgus eſſe percuſſos demone.

¶Iterum. Galienus dixit quod natura multotiēs vicit ſupra morbum ⁊ expellit materiā eius ad loca vacua ſub aſcellarū ⁊ inguinum ⁊ partium crurium ⁊ aurium ⁊ pedum ⁊ cōuertit in apāta bene nata ad pleureſim. Significant enim ſalutem ⁊ quandoq; cōuertit materiam ⁊ extrahit vſq; ad cutem ⁊ ducitur ad incolumitatē cum apoſtemate ſub cute.

¶De peripulmonia.

Eriplonia ex ipſa membri denoiatione vocabulum accipit eſt enim apāa pulmonis.

¶Et dixit Galienus quod eſt morb⁹ difficilioris cure quam pleureſis ⁊ ꝓmptior ad interficiēdum illud propter duas res. ¶Et prima quidem eſt quoniam in pulmone ſicut ſcis ſolutio cōtinuitatis raro eſt ſuſceptibilis cure propter cauſas in capitulo de ſputo ſanguinis aſſignatas. ¶Tertia eſt quia virtus cordis nō patitur immo ōficit ab in flatione eius creauit enim ipſum ſapientia vt euentaret cor.

¶Et eſt autem periplonia morbus per ſe; aut morbus ex altero morbo cāatus. ¶Et ſi quidem que cauſatur ab eo quod eſt aptum natum eſſe nutrimentum pulmonis aut a ſuperfluitate nutrimēti ipſius eſt morbus per ſe.

¶Deriuatur autem ex altero morbo ſicut ea que fit p⁹ catarrum ⁊ poſt pleureſim. ¶Fit autem periplomonia ex omni materia ſicut pleureſis. ¶Et ex ea eſt quedam vera quedam non vera ⁊ dixit Galienus ꝙ vera periplmonia eſt que fit ex flegmate ⁊ videtur quod dicenti quod vera periplmonia eſt q̄ fit ex colera ſit magis credendum. Pulmo enim eſt membrum colericum ⁊ ei⁹ nutrimentum eſt ſanguis colericus. Et iam quidem canon eſt ꝙ morbus cuius complexione membri niſi ſicut naturale ⁊ inaturale eſt morbus proprie ver⁹. Recedēs autem ab eis complexione in contrarium ipſius eſt mōbus zebdegi ideſt morbus notus. Et fortaſſis ratio pro Galieno eſt quoniam morbus proprie verus min⁹ moleſtus eſt quam zebdeg. ⁊ periplmonia flegmatica non eſt in vehementia prauitatis ſicut colerica.

¶Interficit enim cito colerica acuitate ſua cum ſit vicina cordi ⁊ oppoſitio cum īfrigidātibus nō peruenit ad locum nec perducitur niſi poſt eius alterationem plurimam eo quod propter viarum diſtantiam calefit.

¶Hoc autem ſecus eſt in flegmatica. quoniam oportet medicamina eſſe maturatiua ⁊ reſolutiua que facile ſūt peruenientia ad locum neceſſitatis ſine diminutiōe virtutis eorū. ¶Preterea morbus proprius alius eſt qui fit de materia que deputatur ad nutrimentum alicuius membri. que dum corrūpitur facit morbū. aut fit de materia que eſt ſuperfluitas nutrimēti illius mēbri. Et iam quidem ariſtotiles dixit ꝙ ſuperfluitas eſt cōtraria illi rei cuius eſt ſuperfluitas. ſicut fumus ⁊ kilus ⁊ ſicut vrina ⁊ maſſa ſanguinea ⁊ ſicut ſudor ⁊ humores in venis. ⁊ ſicut medulla ⁊ nutrimentum oſſiū ⁊ ſicut adeps

Peripneumonia ē apostema pulmonis

⁊ caro ⁊ ſimilia. niſi ſit ſuperfluitas delatiua potentialitatis eius aq̄ deciditur ſicut ſpma. ¶Et ſciendū ꝙ pulmo ſicut cetera membra partem ſibi propriam de humoribus recipit. ſed ꝙ eſt ſicut ſanguis colericus de ipſis deputatur ad nutrimentum ipſius. Et ſuperfluitas ſui nutrimenti quod eſt flegma mittitur in vacuitates eius ꝓpter cauſas vtilitatum quas ſcis propter quod quidam crediderunt Galieno dicenti ꝙ vera periplmonia fit ex flegmate ſicut ex ſuperfluo nutrimēti. ⁊ creditur alijs dicentibus ꝙ fit ex colera ſicut ex nutrimento cui iam accidit corruptio Et hoc ſecundum intentiones proprias ¶Terminatur autem hec paſſio ſecundum vnum trium modorum ſicut ⁊ pleureſis aut enim reſoluatur aut ſuppuratur aut permutatur. ⁊ cura eius eſt ſilis cure pleureſis.

¶De empimate.

Empima quādoq; fit ex pleureſi ⁊ dixim⁹ curam eius. Et quandoq; fit a pipulmonia ſicut dictum eſt ⁊ qn̄q; ex ſāguinis ſputo.

Uerum cauſam eorum quandoq; eſt a pulmone quandoq; a pectore ⁊ partibus eius. ⁊ iam quidē Galienus dixit factam ex cauſis in pulmone moleſtiorē eſſe ea q̄ eſt ex cauſis in pectore ꝓpter cauſas dictas in capitulo quod eſt ante iſtud. ⁊ ſimiliter curam eius difficiliorem eſſe propter cauſas dictas i capitulo de ſputo ſanguinis. ¶Cura autem omnis ſpeciei eius ſimilis ē cure ēpimatis facte a pleureſi quam diximus.

¶De ptiſi.

Tiſis eſt detrimentum deſiccationis ⁊ conſumptionis cadens in corpus ex calore febrium habitudinalium minutarum ex vlceratione pulmonis. ⁊ vlceratio quidem huiuſmodi cauſam habet aut ex precedente catarro acuto vlceratiuo inſtillante ⁊ imprimente in pulmonem hora poſt horam ſicut accidit ex frequenti inſtillatione ſuper petram vt perforetur petra ⁊ quandoq; fit ex precedenti pleureſi aut periplmonia mediante tamen empimate. Et quādoq; tamen ſine mediatione. ⁊ quandoq; fit ex materia putrida diu ſtante in pulmone quam ſequitur putrefactio ⁊ vlceratio. ⁊ accidit non nunquam poſt ſputum ſanguinis ſine mundificatione. ſicut hipo. dixit. Poſt ſanguinis ſputum caſus in ſaniei ſputum ⁊ poſt ſaniei ſputum caſus in ptiſim. Hic aut ſermo eius eſt ſub conditione. ⁊ enim poſt ſanguinis aut ſaniei ſputum quibus non reſiſtitur fit caſus in ptiſim. Raro autem contingit hec paſſio pueris ⁊ ſenibus ⁊ ſi cadant interdum ſenes in illam occultari poteſt eis ⁊ diu viuere cum illa. Uiris autem ⁊ mulieribus frequenter accidit ⁊ proprie paratis cadere in ipſam ⁊ raro occultatur eis. Uerum mulieribus occultatur interdum licet paruum.

¶Contingit autem hec paſſio ſicut hipo. dicit a. xviii° anno vſq; ad. xxxv. Expoſiti autem vt cadant in ptiſim ſūt hn̄tes cerebrum debile q̄re nō prohibet receptio ſuꝑfluitatū i ipo nec digerit qḋ trāſmittit de nutrimēto ad ipm̄ q̄re ſūt catarrizabiles ⁊ ex praua cā. ⁊ adhuc expoſiti ad id ſt habētes pect⁹ ſtrictū i creatiōe ſua cū mltiplicatiōe vētoſitatū i ipo pulmōe eorum ⁊ vicinis ptib⁹ ⁊ hn̄tes humeros alatos ſic̄ ſt curuatur alaꝝ ⁊ collū ſubtile ⁊ longū depſſū iter alas ⁊ humeros: ⁊ frequentat eos tuſſicula cum punctura alicuius ſpatule aut mamillarum ⁊ ꝑcipue ſi ſint ex iraſcentibus facile ⁊ colericis.

¶ Tempus autem magis aptū vt faciat cadere in pti
ſim ⁊ qȝ vehementiꝰ nocet factis ptiſicis eſt autumnus
⁊ cōſtitutio borealis multū dominās. ⁊ maxime quam
preceſſit auſter aut cōſtitutio auſtrina quā pceſſit boreaſ
Et ex eis ē rgio borealis multuȝ frigida ⁊ ſica. Et cibi ⁊
potꝰ eius ⁊ quecūqȝ hoc curſu pcedunt. ¶ Curare aūt
ptiſiȝ q̄ vehementer impreſſit ⁊ diuturnauit īpoſſibile:
eſt ⁊ pprieqū cōtinuatur ei lubricitas vētris faſtidiuȝ ci
bi ⁊ fetor oris curuature vnguiū ⁊ caſus capillorū. Si
gnificaƭ eniȝ ex hoc corruptionē pſūdari ⁊ nutrimentuȝ
eſſe abſciſſum. Curaƭ vero nō diuturnā aut que nō mł
tum impreſſit ⁊ in q̄ accidētia timoris nūdū apparuerit
fortaſſis preſumendū eſt quamuis nō ſit facile.

¶ Et intētio in curatiōe eiꝰ eſt duplex videlicet vlis ⁊
pticularis. Et vlis qdem intentio ē tres res. Et prima
quidem ē correctio cāe faciētis. Secunda ē abſciſſio eiꝰ.
Tertia ē regulatio ipiꝰ vite patiētis.

¶ Primaȝ igiƭ reȝ cōplent adminiſtratiōes medicina
rum abſcindentiū nocumenta catarri ſi accidat a catarro
Et hoc eſt operationis in hac cura.
Et iaȝ hec ſcripſimꝰ in capitulo proprio. ⁊ ſi cā ipſiꝰ fue
rit ex precedēti ēpimate ex pleureſi ⁊ pipl'monia aut ſpu
to ſanguinis. cura eorū dicta eſt. ¶ Secundaȝ rem com
plēt adminiſtratiōes euacuationū abſcindentiū cauſas
quarū preceſſit rememoratio. Et ſi quidē malitiaȝ com
pl'onis calidaȝ cognoueris ex plenitudīe ſanguiniſ flebo
thomamus ex baſilica. deide ſi virtꝰ pmiſerit ex ſaluate
la. Et quandoqȝ ſl'omamus flebothomia renouāte nu
meruȝ ſi neceſſitas expetit. adminiſtrādo ex cibis ⁊ poti
bus ⁊ alijs q̄ boni ſūt nutrimenti. ⁊ hoc diebus quibus
nō ſl'oās. ¶ Si auteȝ coleraȝ abundaƭ cognoueris eua
cua cū eo qȝ eſt ſic̄ aqua decoctionis capilli veneris ⁊ cha
iare de ſinguliſ manipulos ſingulos iuiubarū ſebeſtē aū
xl. prunoruȝ ficorū. xx. pulpe caſſiefiſtule ſiracoſt aū ℥. i.
zuchari violati. ℨ. xij. ſi neceſſitas expetit addaƭ eis quod
ē ſicut trociſci de violis ⁊ ſilꝛ. ¶ Si aūt cauſaȝ leſiuam
materiā flegmaticā eſſe cognoueris euacua cū cochijs ⁊
ſimilibus quibꝰ ex bdelio ⁊ dragagāto partes addantur
conueniētes. ¶ Et ex euacuationibꝰ particularibꝰ ⁊ vti
libus huic egritudini ſūt prouocatio emoroidarū ⁊ mē
ſtruorum. ⁊ maxime ſi ex eorū retentione in nocumentū
cadat. Et nos de eis in capitulo de ſputo ſanguinis. iiij
canone locuti ſumus. ¶ Tertiam rem cōplent admini
ſtrationes regulationū in generibꝰ rerū ſex. ⁊ proprie col
locentur ī loco aeris temperati ad ſicitatem decliuis ⁊ p
mutetur ad regiones aeris temperati. Et ſint cibi eoruȝ
ex eis que ſunt quantitatis pauce ⁊ pluris nutrimenti ⁊
inſuper ad digerendum faciles ſicut proprie ēpa gallina
rum ⁊ teſticuli galloruȝ qui non calcauerunt. ⁊ alas pul
lorum ⁊ carnes minutarum auium tenerarum ⁊ carnes
iuuenum perdicum ⁊ alcubugi ⁊ columbaꝝ ⁊ ſint huiuſ
modi elixa aut in iuribus ciceruȝ aut in aqua ordei ⁊ p
prie quādo queritur mundificatio ⁊ oportet vt addatur
tūc in iuribus eorum de melle aliquid ⁊ cōgruūt eis vi
tela ouorū ſorbilia cū melle ⁊ cōceditur ēt eis ī ß ius cau
lium impinguatuȝ cum gallinis ⁊ ſimilia. Quando aūt
conſolidatio ⁊ conglutinatio vulneris queritur tunc o
portet vt ſint cibaria deſicatiua nō eleuata in gradu mł
te exiccationis ⁊ ſint etiaȝ conglutinantia ſicut proprie
extremitates ⁊ roſtra edorum ⁊ porcorum iuuenum ⁊ a
rietum caſtratorum. ¶ Pane autem vtatur ſimulagi
neo bene cocto habente aliquid maſticis: ⁊ quandoque
ponitur in eo ozimus ⁊ ſimilia. Et ex cibis cōglutinan
tis eſt triticū cū gallinis ⁊ riſuȝ ⁊ ſimilia ⁊ pulmēta ex ge
guer ⁊ milio ⁊ ſauic ⁊ kiſt ordei poſt bonā decoctionem
eoruȝ ⁊ lētes ſūt bene eis ⁊ pulmēta ex orobo ⁊ ſorbitio
nes ex farina eiꝰ ⁊ ſimilia Et cibi ex lacte ſūt eis magni
iuuamēti ⁊ proprie cum nō eſt febris ⁊ caſeus ſi ē recens
Et nos diximus ī capitl'o de empimate diuerſos ciboſ
ex lacte canone. iiij. ¶ Si auteȝ fuerit cum ea febris ve
hementia ſit cibus eorum chiſt ordei bene coctum cum
cancris fluuialibus poſtquam abluuntur abiectis extre
mis eorum cuȝ aqua ⁊ cinere ⁊ cum iteratione ⁊ etiam
cancri fluuiales aſſi aut elixi in aqua ordei. Et quando
qȝ dantur cocti in lacte aſine ⁊ quandoqȝ in oleis frigi
dis ⁊ quandoque in aqua ordei aut cicerum ⁊ quādoqȝ
in lacte acetoſo abſtracto ab eo butiro ⁊ ſunt iuuamen
ti ſublimis. Et adduntur eis cucurbita aut bleta cum o
leo amigdalino ⁊ citrulli ⁊ ſimilia. ¶ Et ex rebus cibali
bus ſimul ⁊ medicinalibus eſt lac acetoſum coctum cuȝ
tortellis de ſeni ⁊ ſit proprie lactis ⁊ tortellarum circiter
℥. i. ī craſtinū. adde ex lacte circiter aur. ij. ⁊ minue ex tor
tellis circiter aur. i. Et hec fiant ſingulis diebus donec
deuenitur ad lac ſolum. Cum autem peruentum fuerit
ad egritudines declinationem incipiamus diminuere
ex lacte acetoſo omni die ⁊ addere ad tortellas donec de
ueniatur ad dationem tortellarum tantum. ¶
Nunc autē moȝ decoctiōis lactiſ acetoſi ſcripſit Pau
lus: ⁊ plures poſt ipſum laudauerunt illud.

¶ Operatio autem lactis acetoſi eſt ſecunduȝ hunc mo
dum. ℞. lac caprinum mundum habēs bonitatem ex ſa
nitate animalis ⁊ congruitate paſcui ipſius ⁊ extrahatur
ex eo butirum ⁊ dimittatur vna nocte in aere tempera
to. mane autem agitetur vehementer ⁊ excludatur ſpu
ma eius. Eſt autem lac huiuſmodi ſedatiuum vehemē
tis caloris conſtrictum ⁊ conſolidatiuum.

¶ Potus autem eorum non febricitantium ſit in prin
cipio vinum album dulce. ⁊ cum peruenitur ad tempuſ
conſolidationis ſit album ad ſtipticitatem declinans p
mixtum cum aqua pluuiali. ¶ Febricitantiuȝ auteȝ po
tꝰ ſit aq̄ or. ⁊ aq̄ pluuial' ⁊ rob mirti ⁊ ſirupꝰ eiꝰ ⁊ ſirupꝰ de
papauere. cū vocat neceſſitas ⁊ aqua pluuialis decoctio
nis cancrorū ⁊ aqua granatorum dulcium ⁊ ſimilia.

¶ Et in ſecunda menſa comedant paſſulas cum gra
nis. poſt bonam maſticationē ⁊ granata dulcia ⁊ citonia
ſēicocta in rob ⁊ ſilia. Et opȝ aū comeſtioneȝ vt appropi
net. de āmbulationibus mediocribus ⁊ poſt ambulatiōeſ
vtanƭ fricationibꝰ lenibus tenerum facientibꝰ corpus ⁊
hoc viuificetur calor in ipſis Et poſt comeſtionem va
cent ⁊ quieti ſint per duas horas ⁊ hoc in loco tempera
ti aeris in quo ſint odores redolentium frigidorū ⁊ ſtip
ticorum cum adminiſtratione gaudij deinde vacent ſō
no ⁊ quiete quantum poſſibile fuerit.

¶ Et ſi fuerint vigilie accedamus ad medicinas ex pa
pauere ⁊ hoc cum ſapientia ne congelentur ſpūs. Elō
gentur autem a balneis reſoluunt enim virtutem niſi a
pud declinationē. tunc enim ſunt iuuamenti ſublimis
quemadmōm dicemus poſt. Prohibeatur autem eis
omnis lubricitas ⁊ conſtipatio viſcerum ⁊ magis lubri
citas vehemens reſoluit enim virtutem.

¶ Particularis autem intentio eſt quinque res. Et pꝛi
ma quidem eſt mundificatio ⁊ abſterſio vlceris. Secun
da eſt pꝛohibitio materiorũ ad ipſum. Tertia expulſio
materierum ſaniei eius ⁊ exiccatio carnꝫ ex ipſo. Quar
ta eſt ꝯſolidatio ⁊ incarnatio eius. Quinta eſt coꝛrectio
accidentium.

¶ Et pꝛimam quidem rem complent adminiſtratiões
medicinarum mundificantium ⁊ abſtergentium vlcus
⁊ in genere eoꝛꝫ excellentius ⁊ nobilius eſt mel ⁊ aqua
eius. Aggregant enim virtutem mundificationis ⁊ ab
ſterſionis. Et pꝛeter hoc eſt cibus ⁊ potus amicus natu
re ⁊ iuuatiuus valde. Et ex eis eſt aqua oꝛdei ⁊ aqua zu
chari. ⁊ aqua cicerũ ⁊ foꝛtius eis ē decoctio iſopi ⁊ ſiru-
pus eius. Et adhuc foꝛtius eſt loch de caulibus ⁊ ð ſquil
la. Et ex eis que ſunt maximi iuuamenti eſt medicamē
Galieni. Ipſum enim eſt mundificatiuum bonum qð
℞. ireos haſce iſopi ana partes equales confice cuꝫ mel
le. Da mane ⁊ ſero a. ʒ. i. vſqꝫ. ad. ij. cum aqua mellis.
Et dixit Democritus. Iſopus aut ireos aut faraſion
ſingulariter vel cõiunctim cocta in aqua mellis aut in
aq̃ oꝛdei ſũt mũdificãtia bona. ¶ Et nos diximꝰ plura
ex his in capitulo de empimate. ¶ Secundam rem cõ-
plent adminſtrationes medicaminum materias a pul-
mone declinare pꝛohibentium. Et hoc quidem perfici
tur ſecundum alterũ duoꝛum modoꝛum ⁊ pꝛopꝛie cum
pꝛohibitione materie que tranſfertur ad ipſum ex alte-
ro membꝛo ⁊ cum confoꝛtatione pulmonis vt non reci-
piat quod ad ipſuꝫ tranſfertur de materia. Et ſecundũ
plurimuꝫ que tranſferuntur ad pulmonem materie ſũt
catarrales aut tranſmiſſe a vicinis membꝛis ⁊ ex pleurſi
⁊ alijs Et hoꝛum curam iam diximus.

¶ Summa etiam medicinarum pulmonem confoꝛtan
tium etiam diximus in capitulo de tuſſi humida. Et ex
eis eſt rob mirti ⁊ ſirupus eius cum. ʒ. ij. pulmonis vul
pis ſicci. ¶ Et ex medicinis quidem mirabilis iuuamē
ti aggregantibus virtutem confoꝛtationis ⁊ mundifica
tionis eſt medicamen Galieni qꝛ. ℞. pulmonis vulpis
ſicci ſucci liquiritie capilloꝛum veneris ſeminis feniculi
ana confice cum zucharo decocto cum aqua quantum
ſufficit. Et quandoque conficitur cum rob. mirtino ⁊ ē
confoꝛtatiuuꝫ amplius. ¶ Tertiam rem complent ad
miniſtrationes medicaminuꝫ putredineſ que ſũt in pul
mone exiccãtiuꝫ. Et nos quidem diximus in capitulo
de tuſſi hec adminiſtranda eſſe poſt mundificationem ð
bitam vt extirpetur poſt eas reſiduũ putrefactionis om
nino. ⁊ diximus qꝛ adminiſtratio ex mirre rubee. ʒ. i. ⁊
mellis. ʒ. iij. lambendo diebus interpollatiſ cum aliqua
ex medicinis educentibus ſaniem. eſt medicamen vtile.
Et foꝛtius eſt lamberẽ alkitran cum melle aut cum mel
le ⁊ galbano ſimul liquefactis. Et ex maxime iuuatiuis
eis ſunt medicine magne ſicut tiriaca ⁊ mitridaticũ ⁊
⁊ alia quoꝛum in capitulo de empimate pꝛeceſſit re-
memoꝛatio. Et ſi indiget adhuc medicamina exican-
te pꝛocedemus ad medicinas de arſenico ⁊ ſulfure ſcrip-
tas in eodem capi. canone tertio. Et non negligant me-
dicamina huius ſumme quoniam ad ſanitatem perdu-
cunt ſi deus voluerit. Uerum ſi peruenitur ex eis ſup-
calefactionē ſuccurendũ eſt cum aqua oꝛdei ⁊ iuleb ⁊ cũ
trociſcis de camphoꝛa vſqꝫ dum ceſſet accedens deinde
redeatur ad exiccatiua pꝛedictaꝫ. ¶ Quarta rem com-
plent adminſtratiões medicaminum aggregãtiuꝫ in ſe
duas virtutes mundificationis. ſ. ⁊ cõſolidationis. Et
ex medicinis pꝛopꝛijs in hac ſumma eſt lac aſininum cuꝫ
virtute ſubtiliatiõis i ipſo ⁊ lac capꝛinũ cũ tẽperie ſua ⁊
lac muliebꝛe cum pꝛopꝛietatibus tẽperiei intra illa. Lac
enim aggregat intentiones tres. eſt enim res cibalis ⁊ di
lecta nimiſ: ⁊ eſt ex rebus velocis conuerſioniſ in ſangui
nem. Eſt enim ſanguis bis coctus ⁊ eſt poſt illud me-
dicina abſtergens vlcus virtute ſeroſitatis eius ⁊ cõglu
tinans ipſuꝫ virtute caſeitatis. Et opoꝛtet vt bibatur ca
lidum cum mulgetur ⁊ ſi poſſet ſugi ex mamillis ⁊ hoc
in ieiunio ante cibos alios: ⁊ opoꝛtet vt poſt ipſum quie
ſcant ne coꝛrumpatur ⁊ aceſcat in ſtomaco eoꝛũ nec doꝛ-
miant ſuper ipſum nec ſuſcipiant cibum niſi pꝛius deſcē
dat. Et opoꝛtet vt bibatur in loco aeris temperati ⁊ pꝛo
pꝛie cum fuerit gaudiuꝫ ⁊ tranquillitas: ⁊ quando ipſuꝫ
magis mundificatiuum eſſe querimus dandum eſt cuꝫ
melle. Et quando ipꝫ magis cõglutinatiuum ⁊ conſo-
lidatiuũ querimus detur cum zucharo roſato ⁊ ſimili-
bus aut coctum cum lapidibus. ¶ Et ſi ſumens ipſum
conſtipationem patitur viſcerum opoꝛtet vt eligatur ex
lacte in quo multiplicatur ſeroſitas ⁊ ſi non ſufficientem
multiplicetur quantitas potus eius in die ſequenti ⁊
adhuc in die tertio ⁊ ſi adhuc non ſufficiat miſcendum
eſt cum eo quod eſt ſicut zucharum ⁊ ſal. ⁊ ſi adhuc non
ſufficit miſcendum polipodium cum ipſis. Si autem ſu
mēs ipꝫ lubꝛicitatem inteſtinoꝛum patitur tunc opoꝛtet
vt miſceatur ei qꝛ ē ſicut ipoquiſtidos ⁊ ſimilia ⁊ ſi tuſſiꝫ
habuerit miſceaẗ cum eo quod eſt ſicut dragagantũ. Et
ſi cum ſtomaci debilitate fuerit miſcendum eſt cuꝫ eo qð
eſt ſicut trociſci diarodon ⁊ ſimilia. Et lac quidē de quo
butirum extractuꝫ fuerit eſt magis cõglutinatiuũ ⁊ coc
tum quidem amplius ⁊ quod cum butiro eſt magis hu
mectatiuuꝫ ⁊ impinguatiuũ. ¶ Ars aũt in decoquēdo
lac eſt huiuſmodi. ℞. lac mundum ⁊. ℞. ipſum in vaſe
puro abſterſo ⁊ pone ſuper ipſũ circiter quintam parteꝫ
eius ex aqua pluuiali deinde extingue i ipſo lapides flu
uioꝛum ignitos ſine fumo vſꝫ dum lac fuerit coctum cõ
ſūmptis aque is partibus in iſpo. Lac auteꝫ melius eſt
quod ſumitur ex animalibus iuuenibus mediocriter ſi
nimis remotis aut vicinis partui quoꝛum paſcua ſũt ex
herbis montanis in quibus eſt ſubtilitas ⁊ mũdificatio
cum ſtipticitate ⁊ exiccatione. ⁊ laudauit Galienus her
bas huiuſmodi deputãdas eſſe paſcue eoꝝ ſcilicet ex her
bis calidis abſinthiũ iſopũ haſce polium ſcea iahde ſci-
culus abꝛotanũ ⁊ ſilia. Et ex frigidis rebꝰ ramnũ ⁊ ſola
trũ caiare ⁊ ſilia. Et opoꝛtet vt dandi lactiſ quãtitaſ com
paretur poſſibilitati virtutis ſuſcipentis ipſum quare re
cipiendum a quantitate minoꝛi dando ex eo circiter. ℥.
iij. a pꝛima die ⁊ in craſtinuꝫ addatur ei circiter. ℥. i. ⁊ ſic
in alijs diebus a pꝛima die vſqꝫ duꝫ deueniatur ad. lib
5. vel parum amplius. Demum paulatim deueniendũ
eſt vſqꝫ ad illud quod e ſt ſufficiens.

¶ Etiam quidem diximus cauendum eis eſſe ab indi
geſtione in potu lactis in ipſa enim eſt timoꝛ.

¶ Febꝛicitantibus autem eis aut caput dolentibus: aut
ſiti vehementi obſeſſis abſcindatur lac dulce ⁊ laudatur
eis lac acetoſum de quo extractum eſt butirum ſecundũ
doctrinam traditam a nobis in hoc eodem capitulo.

¶ Danda eſt eis etiam aqua oꝛdei cocta cum cancris

fluuialibus ſecundum quod etiam dictuꝫ eſt ⁊ ſirupus
de papauere aut ſirupus de mirto cum eo. Et oportet
cancroꝝ extrema abſcindi. deinde lauari corpora eorum
cū aq̄ ⁊ cinere fricatiōe vehemēti ⁊ h̄ cū iteratiōe ⁊ itera-
tiōe ⁊ oꝫ vt deꝫ i ieiunio. Et ſit quātitas pot⁹ ei⁹ circit. ℥.
iii. ⁊ i craſtinū addō. ℥. i. ⁊ ſic die quolibꝫ vſqꝫ ad. lib. 5. ma
ne ⁊ ſero āte alios cibos. ¶ Summa autē medicinarū
vlcera pulmonis ⁊ pectoris ꝯſolidātiū ē h̄. Sāguis dra
conis ⁊ ꝓpꝛie lutū ſigillatū bolū armenicū karabe ſede-
negi olibanū maſtix balauſtie roſe ⁊ ſemen eius coralli
euphſtides cortices cācroꝝ fluuialiū, oſtorum ſemen
portulace aſſum amilū aſſū ſe. malue ⁊ altee aſſuꝫ ſe. ar-
noglose aſſuꝫ gummi aſſum fruct⁹ mirti ⁊ ſimilia.

¶ Medicamina auteꝫ cū quib⁹ hec danda ſūt proprie
ſunt vitella ouorū lac dulce ⁊ accetoſuꝫ aqua pluuialis ⁊
aqua ordei decoctiōis cicerꝫ ⁊ cācrorum fluuialiū aqua
alſame ſuccus citoniorꝫ mira ſuccus mirti roſe ⁊ ſucc⁹
caruꝫ mucilago pſilij ſemen citoniorꝫ ſirupus de papa
uere ſirupus de iuiubis ſirupus de violis ⁊ ſirup⁹ roſa-
tus ⁊ ſila. ¶ Ex medicinis aūt cōpoſitiſ ſunt hec trociſci
de luto ſigillato aut de luto armenico filoniuꝫ pſicuꝫ eſt
vltimuꝫ. mundificat. n. ⁊ exiccat putredines ⁊ cōſolidat
vlcera. Et nos ſcripſim⁹ ipſuꝫ ⁊ adhuc alia multa hui⁹
intentionis in capitulo de ſputo ſanguinis q̄ efficaciter
afferantꝫ ad hunc locuꝫ. Et ex rebus auteꝫ mirabilis iu-
uamēti ad cōſolidationes ⁊ ſanationes vlcerum pulmo
nis ē zucharuꝫ roſatuꝫ recens ſuper quod nō preterit an
nus. Aggregatur. n. in eis virtus abſterſiōis ex ſucco ro
ſaruꝫ ⁊ virtus conſolidationis ex parte ſubſtantie caruꝫ
¶ Et nota q̄ virtus abſterſionis ex roſis propter antiq
tatem abſcinditꝫ que adhuc poſſidetur in recentibus. Et
Galienus quidem precepit dari zucharum roſatuꝫ ſin
gulis dieb⁹ i quātitate plurima etiā cum reb⁹ medicina
libus cibalib⁹ ⁊ potabilib⁹ ſecunduꝫ omnem modum
adminiſtrationis eius ita quod etiam cum pane. Et vſi
ſunt eo poſt ipſum plurimi ⁊ nō eſt comprehenſibilis eo
rum numerus qui ſanati ſunt vſu eius tamen prius mū
dificationibus precedentibus. Falluntur enim vtentes
eo a principio dum mundificatio non preceſſerit. Coar
tat enim in pulmone materias. Nos autē dedimus cuꝫ
lacte calido non febricitantibus. Febricitātibus vero cū
aqua ordei decoctionis cancrorum fluuialium ⁊ aliis mꝉ
tis modis adminiſtrationum. ⁊ inuenimus eſſe medica
men vltimum. Verum quotiens ex eius adminiſtrati-
one contingit conſtringi anhelitum dentur que elargēt
ipſum ex eis que educunt ſaniem ſicut proprie ſirupus d̄
yſopo ⁊ ſimilia. Et ſi accidat ſuper calefactio propter de
ſiccationeꝫ detur ſirupus de iuiubis aut ſirupus de vio
lis aut mucilago pſilij aut citoniorum cum aqua grana-
torꝫ aut aqua expreſſionis ſeminum portulace cuꝫ tro
ciſcis de camphora dictis in antidotario. Et ſi ſequatur
poſt ipſuꝫ cōſtipatio nature deꝫ muroba de violis aut ſi
rupus eius cuꝫ aqua ordei. Et poſtquā ceſſauerit hui⁹
modi redeatur ad zucharuꝫ ro. danduꝫ i omnē modū.
¶ Quintam rem complent correctiones cadentes in ac
cidentia concomitantia ⁊ superuenientia huic morbo.
⁊ ex concomitantibus eſt febris conſumptio ⁊ macies ⁊
debilitas. Et ex superuenientibus eſt tuſſis fluxus ven
tris conſtipatio ⁊ faſtidium cibi. Et iam quidem hipo.
dixit mundificatiuum vlceris febris lenteſcentiam ſuc-
cedere debere que ſi non ſucceſſerit conſtat corruptionē
vlceris profūdari. Nos autem experiemur circa omne
tempus curationis eius interponere medicamina febriſ
vehementiam ſedantia vt ſigillentur ex his ⁊ illis bene
ficia concordantia quorum finis eſt ſanitas.

¶ Et ſuccurretur conſtipationi ⁊ arefactioni eorum cuꝫ
eis que adequant ⁊ humectant ex cibis ⁊ potibus ⁊ reb⁹
medicinalibus ⁊ adminiſtratione lactis dulcis ⁊ alijs q̄
diximuſ. Et confert eis balneatio in aq̄ dulci calida poſt
quam morbus in declinatione fuerit. ⁊ ante illud eſt res
prauior ⁊ eſt ponere egrum in deſperatione. ¶ Forma
autem balneationis eſt in hunc modū. Preparetur aer
balnei vt ſit liber nō habens de corruptione odoris aut
praue qualitatis omnino aliquid ⁊ calefiat vt ſit calidi-
tas balnei ⁊ aque caliditas temperata qua excitetꝫ ⁊ non
reſoluatur calor naturalis ⁊ ſit prima manſionum remiſ
ſiuis calida q̄ alia. tunc intret patiens manſioneꝫ primā
⁊ fricetur in ea leui fricatione ⁊ proprie tenerum facien-
te corpus. Deinde intret manſionem ſecundam ⁊ inci-
piat lauare corpus cum aqua calida: vtendo leui fricatio
ne cum manu. ¶ Deinde paulatim intret aquam cali-
dam ⁊ delectetur in ea. Deinde incipiat lauare corpus
eius cum aqua decoctionis capitum edorum aut cum a-
qua ordei cōquaſſata cum ouis multis ⁊ oleo amigdala
rum dulcium. Deinde ducatur ad manſionem primaꝫ
⁊ inungatur corpus eius oleo roſato ⁊ ducatur ad ha-
bitaculuꝫ exterius in quo ſit aer tempat⁹ cuꝫ multitudi
ne redolentium ſtipticorum ⁊ quieſcat in lecto. Deide
poſt duas horas cibetur cib̄ lauda bilibus pauce quanti
tatis ⁊ pluris nutrimenti ex eis quorum iam mentionē
fecimus. Et exhinc tota intentio noſtra ad humectan-
dum ſit occupatior ⁊ hoc cuꝫ delectatione ⁊ quiete ⁊ ſō
no ⁊ delitiis ⁊ ſimilibus. In craſtinum autem aut in die
tertio balneetur ſimiliter. Si aūt patiens debilis fuerit
ante per duas horas q̄ balneum intret accipiat ſorbitō
nes ex carnibus teneris aut ex lacte dulci ⁊ quieſcat ſup
ſorbitiōeſ per duas horas deinde intret balneū. Si aūt
patiens talis fuerit vt virtus eius tolerare poſſit prece
pit Galienus vt poſt ſufficientem lauationem in aqua
calida ⁊ in qua capitum arietum caſtratorum ſpargi ſu-
per corpus eius in prima manſiōe ex aqua frigida aliqd
preterq̄ in capite eius deinde inungi oleo roſato.

¶ Lauationes etiam in tina ſunt huius intentionis ⁊
proprie cum rebus humectantibus ⁊ impinguantibus
corpus ex his que dicta ſt. Poſt hec paulatim deueni
enduꝫ eſt ad adminiſtrandū in balneis lauationes ex a
quis decoctiōum capitum arietum caſtratorum ⁊ ſimi-
li. Et ſi corpus remanſerit debile vngatur cū oleo ma-
ſticino ⁊ ſimilibus. Et ſimiliter paulatim deueniendum
eſt ad alia cibaria laudabilia ⁊ ſolidiora.

¶ De tuſſi autem ⁊ conſtipatione ventriſ aut fluxu q̄
ſuperueniunt eis. dicemus ſicut in preteritis iaꝫ dixim⁹
Et ſi accidat eis caſus appetitus curetur ſicut in capitu-
lo proximo dicemus. ¶ Ptiſicis medicamina con-
uenientia ſcripta ſunt plura in antecedentibus. Ex eis
ſunt trociſci. ¶ Galieni ſcripti in capitulo de tuſſi catar
rali ⁊ deſcriptiones ſirupi de papauere: ⁊ diapapauer:
⁊ trociſci ⁊ pillule de papauere. ⁊ pillule de ſtorace ⁊ a-
lie pillule de narcotici ſcripte in codeꝫ capitulo ⁊ hec p̄
prie ad ſedationem catarri.

¶ Medicamina vlc⁹ mūdificātia ꝛ ſaniē ei⁹ abſtergē
tia p̄tim dicta ſūt in capitulo de aſmate ꝛ tuſſi: partim in
capitulo d̄ empimate. Sūma autē medicinaruꝫ vlcera
pulmonis ꝛ pectoris cuꝫ ſolidantiū dicta eſt in caplo de
ſputo ſanguinis. Cōfectio teſticulorū vulpis c̄ ptiſicis ꝛ
conſumptis medicina experta ꝛ dicta eſt in antidotario.
¶ Damec filius zezar. Cōfectio loch cōfert ptiſicis ꝛ
mūdificat vlcera pulmonis ꝛ cōſolidat. ℞. iuiubas. L.
paſſularū enucleatarū. ʒ. xxx. ſeīs malue. ʒ. iiij. cancrorū
fluuialiū. xx. capillorum veneris. kaiare virge paſtoris li
gue arietis añ. ℥. ß. liquiritie. ℥. i. decoquantur in lib. iij.
aque vſqꝫ ad lib. i. ꝛ adde eis ſirupi de papauere ꝛ zucha
ri tabarzet ꝛ ſape añ. ℥. vij. Decoquant̄ ad mellis ſpiſſi
tudineꝫ deide proijciat̄ ſuper ea ſeīs cucurbite mūdate
℥. i. gūmi arabici dragaganti ſeminum citoniorū aili ſe
minis portulace amigdalarum dul. añ. ʒ. viij. papaueris
albi. ʒ. v. poſt bonā triturationē miſceantur cum alijs da
mane ꝛ ſero circiter. ʒ. v. ¶ Idem ſiripus de pſilio con
ferens ptiſicis. ℞. ſpodij ſeminū portulace ſeminum ci
toniorum papaueris albi ana. ij. pſilij mundi. ʒ. v. ſucci
arnogloſe cocti ꝛ depurati. ʒ. xx. cancrorum fluuialiuꝫ lo
torum ſecundum doctrinam. ʒ. xx. Decoquantur in lib
iij. aque vſqꝫ ad lib. i. ꝛ cuꝫ lib. i. zuchari fiat ſirupus. da
mane ꝛ ſero cum ſucco arnogloſe eſt eniꝫ efficax. Et qn̄
qꝫ dat̄ cū puluere huiuſmōi. ℞. pſilij gūmi arabici dra
gagāti boli armeni añ. Da cū ſi° p̄dicto ꝛ ſucco lingue
arietis. ¶ Filius zacharie araſi. Vlcera pulmonis cū n̄
ſūt cronica ſꝫ adhuc aliqd ex ſāguine egredit̄ cū tuſſi cu
rari poſſibilia ſūt. Det̄ ergo cū nō eſt febris lac recenter
mulſuꝫ. ꝛ ſi fuerit cū eis febris detur aqua ordei cuꝫ can
cris fluuialib⁹ aut cū ſirupo de papauere. Et dū nō cō
ſtringit̄ āhelitus eius adminiſtrent̄ trociſci de papauere
quorū deſcriptio ē hec. ℞. papaueris albi ſeīs cucurbite
ꝛ citrulorū mūdatoꝝ añ. ʒ. iij. dragagāti amili gūmi ara
bici ſucci liqritie añ. ʒ. v. thuris maſculi boli armeni ſan
guinis draconiſ karabe añ. ʒ. ij. mirre cinamomi opij añ
ʒ. i. fiāt trociſci. Da cū ſirupo de papauer̄ aut rob mirti
Et qn̄ cū iſtis reb⁹ cōſtringit̄ āhelit⁹ denī i potu ea q̄ e
largāt ipſꝫ ꝛ educūt ſaniem ſic̄ iſopi ſirupus ꝛ ſiſia.
¶ Sabor. loch ꝯferēs ptiſicis ꝛ cōſūptis. ℞. teſticuloꝝ
vlpis. ℥. iij. batrēbuc kayar̄ añ. ℥. i. ciceꝝ dulciū tritoruꝫ
℥. iij. ſeīs papaueris albi. ℥. i. ß. ordei mūdi. ℥. i. paſſulaꝝ
enucleataꝝ ficuū ſiccaꝝ carniū dactiloꝝ añ. ʒ. ij. cācro. flu
uialiū ℥. iij. decoquant̄ oīa i. lib. iiij. aq̄ vſqꝫ ad. lib. i. ß.
Deide. ℞. zuchari ꝛ penidiaꝝ añ. lib. i. teſticulorū vlpi
um elixorū in dulci lacte. ℥. iij. aut cut cū oli amigdalini
℥. iij. Decoquant̄ vſqꝫ dū ꝯpetentem habeāt coctioneꝫ
deide ꝓijce ſup ea papaueri al. ſucci liqritie ſeminum ci
truli melonis cucurbite cinamomi ſeminū bōbicis pur
gatoꝝ ſeminis malue florū boraginis añ. ʒ. iij. amili dra
gagāti gūmi arabici añ. ʒ. ij. carnium dactilorum paſſu
larū enucleatarū añ. ʒ. v. tere ꝛ cōfice cū predictis bonuꝫ
ſi deus voluerit. ¶ Filius ſapionis. Cōfectio de iacur
cōferens ad catarrū acutuꝫ ꝛ ptiſiꝫ ex eo. ℞. ſeminis pa
paueris albi ꝛ nigri añ. ℥. ij. ß. radicū liquiritie. ℥. i. ß. ſe
minum citoniorū ſeminis altee añ. ℥. i. ß. dragagāti. ℥. ß
gūmi arabici. ℥. ß. proijce ſuper ea aque pluuialis lib. v. ꝛ
dimitte die ac nocte. Demū decoque vſqꝫ ad conſump
tionem duarum partiū. ꝛ adde mellis lib. i. ß. ꝛ penidia
ruꝫ lib. ß. decoque igne leui vſqꝫ duꝫ mellis habeat ſpiſ
ſitudineꝫ. Da mane cuꝫ aqua ordei ꝛ accipiat in ſero ex
his pillulis. ℞. ſeminis portulace. ʒ. v. dragaganti gum
mi arabici añ. ʒ. iij. ſeminis citruli. ʒ. iiij. ſeminis cucurbi
te excorticati ꝛ ſeminuꝫ citonioruꝫ excorticatoruꝫ ana. ʒ.
vij. ſucci liquiritie. ʒ. v. fac formulas ſimiles lupinis cum
mucilagine ſeminuꝫ citonioꝝ. Denī tenende ſub ligua

¶ Sūma quarta ſecunde particule ſectionis prime. ca
pituluꝫ primuꝫ de egritudinib⁹ cordis ſiue medicinis e
gritudinuꝫ cordis.

## Gritudines

e

cordis ſunt debilitaſ cor
dis ꝛ pulſus ꝛ tremor ꝛ
ꝛ ſincopis. ¶ Et he qui
dem egritudines eaſdeꝫ
fere habēt radices nō ali
ter iter ſe differentes niſi
ſicut debile ꝛ forte. Cau
ſantia autem has egritu
dines cuꝫ ſunt debilia ꝛ
ꝛ remiſſa imprimentia debiliter ſupra vigoreꝫ minere fa
ciunt debilitateꝫ cordis. ¶ Amplius autē eleuata vt im
primant agitatiōꝫ leſiuā i ipſo faciēt cadere diuerſitatem
i differētiis mot⁹ cordis ſenſu ꝑceptibilē q̄ ſūt ex magno
ad prauū ex veloci ad tardū ex raritate ad frequētiā ꝛ cō
uerſo tūc fiūt cōſtitutiōes due. aut. n. fiūt illa nō integre
neqꝫ i omni hora ſꝫ cū quadāꝫ iterpollatiōe ꝛ viciſſitudie
ꝛ fit pulſus cordis aut itegre cū q̄dā ꝯtinuatiōe: ꝛ fit tre
mor cōdis. ¶ Cū āt fortia fiūt vt iprimant vehemēter i
preſſiones fortiuſ ledentes impedientes aut prefocantes
mot⁹ ei⁹ aut ſepeliētes ſpiritus ad iteriora. aut intercidē
tes aut abſqꝫ intercisione oio aut aggregātes ad principi
um aut reſecantes abſqꝫ eo ꝙ in radice faciunt ſincopi.
¶ Vincentia aūt ea vltimata victoria ſupra naturaꝫ ita
vt abſcindat̄ ſps ꝛ calor vite aut extinguatur i minera ſī
tunc cauſa mortis. Cauſe autem facientes has egritudi
nes quedam ſunt cāe corporee quedā ex corp⁹ ſurgētes
Et corporee qdē aut ſūt i ipo cōde aut i membris uici
nis. aut in mēbris coicātib⁹ ei ꝓpiqua coicatiōe aut re
mota. ¶ Cāe aut exiſtētes i corde ledentes ipm. aut ſūt
malicia cōplōnis ſine materia aut cum materia Et hec q
dē ſanguinea colerica flegmatica melica aut uentoſa.
¶ Et malicia quidem complōnis dominantis cordi fa
cit debilitatem ipſius. Debilitas autem fortis facta in
corde vſqꝫ adeo ꝙ fit agitatiua virtutis facit tremorem
tremor autem ſuperueniens generat ſincopi.
¶ Vltimitas aūt cauſarū ſincopiſ eſt extinctio ꝛ mors.
¶ Et malicia quidem complexionis frigide. eſt ſuſpectior
quam calide. propter elongationem a re vite. ꝛ ſicca ma
gis quā humida quamuis humida ſit dominans in diſ
poſitione corporis. Cum hoc etiam fit interdum cauſa
prefocationis ꝛ mortis feſtine. ¶ Solutionem aut con
tinuitatis aut ſingularitatis aut apationem fieri in cor
de virtus nō patitur quinto eſt cauſa diſſolutiōis ꝛ mor
tis. ¶ Et quando ineſt dolor in ipſo fit cauſa ſincopiſ ꝛ
ꝛ mortis. Dixit namqꝫ. Ga. quod malitia complexiōis
pure aut cum materia faciunt in vniuerſa corporis par
te ſenſum leſionis qui eſt, dolor ꝛ quomō non in corde.

¶ Fruſtabimur ergo ⁊ ſupponem⁹ alterationes in coꝛ
de non curari. Et nos quidem iam diximus ꝙ iam ra-
dix pꝛeponenda eſt pꝛepoſita. Et enim cauſe egritudinū
coꝛdis aut non confirmantur quare non ſunt manſiue. ⁊
tunc oꝛdo medicationis incoluitat aut confirmantur cō
cludentes ad moꝛtem. ¶ Diſtinguamus aut in cauſis
leſionum coꝛdis que ſunt ab alijs membꝛis quoniam le
ſio cadens in panniculis ⁊ membꝛis que ambiūt coꝛ dū
redundat ad ipſum eſt cauſa egritudinum pꝛedictarum
eius. ¶ Et leſio cadens in certum interduꝫ eſt cauſa ad
illud ſicut in epilia mania ⁊ malia licet enim figantur in
cerebꝛo terminant̄ tamen in coꝛde: ⁊ ſunt cauſa egritudi
num eius. ¶ Et ex eis eſt fluxus ſanguinis narium aut
vndecunque cōmunicat etiam cum coꝛde comunicatio-
ne magis pꝛopꝛia ſtomacus ⁊ affert coꝛdi cauſas leſionū
⁊ pꝛopꝛie cum coꝛrumpitur in eo cibus aut cum ſump-
ſit res venenoſas aut fuerit in eo humoꝛ moꝛdicatiuus
aut male qualitatis: aut vitreus aut viſcoſus aut replo a
gitatiua ⁊ famis vehemētia aut doloꝛ acut⁹ ⁊ pūgens aut
fuerit in oꝛificio eius bothoꝛ vlcus putridum. Et dixit
paulus quod egritudines que ſtomaci oꝛificio aut meri
inſunt ſunt pꝛopinque conuerſionis ad ferendum leſio-
nem coꝛdi ita vt quidam putauerint tremoꝛem factuꝫ in
oꝛificio ſtomaci eſſe tremoꝛem coꝛdis. Et quidam vo-
cauerūt debilitateꝫ in ipſo cardiacā. Et diſpoſitio epis
cum eſt alterata vt generet ſecundum ſanguinem mlicū
imprimit: ⁊ eſt cauſa egritudinuꝫ coꝛdis ⁊ eſt pꝛauioꝛ im
preſſionibus alijs ita vt faciat diſpoſitioneꝫ ſimilem ma
nie ⁊ mlie. Adhuc autem cauſe harum egritudinum ſūt
eūones omnes excedentes terminum. Et ſimiliter in a
cuta aque ipocundrioꝛum extractio aut ſanierum in a-
pertione apatum. Et ex eis eſt pꝛefocatio matricis ⁊ p-
uatio menſtruoꝛum ab exuberantia eoꝛum.
¶ Et ex eis eſt impꝛegnatio. Et ex huius eſt etiam no-
cumentum ex vermibus vt etiam appareat diſpoſitio ſi
milis epilepſie ¶ Et ſunt ex vermibus moꝛſus haben-
tes aculeos pungentes oꝛificiū ſtomaci punctione vehe
menti donec faciat cadere in doloꝛem acutum cauſaꝫ ad
ſincopim ⁊ aliquando ad moꝛtem. ¶ Et ſunt quando-
ꝙ ex penetrantibus vſꝙ ad vicinas coꝛdis partes ⁊ qū-
ꝙ vſꝙ ad coꝛ ⁊ ſunt cauſa moꝛtis feſtine. A cōmunita-
te autem totius coꝛpoꝛis ſuperueniunt leſiones coꝛdis.
ſicut pꝛopter febꝛem aut pꝛopter vehementiam rarita-
tis coꝛpoꝛis ⁊ vehementiam ſudoꝛis ⁊ ſimilia.
¶ Ex cauſis extraneis accidunt leſiones huiuſmodi ſi-
cut ex aere peſtilētiali. aut ab odoꝛibus fetidis. aut vene
noſis. aut aſſumptione rerum venenoſaruꝫ. aut ex moꝛ-
ſu venenoſoꝛuꝫ animalium aut incurſione timoꝛis. aut
ex balneatione vehementi aut laboꝛe. ⁊ ſimilibus.

¶ Johānis Meſue Medici Singularis de Me
dicinis particularū egritudinū Liber feliciter explicit.